



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Metropolis Salisvrgensis**

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Altaich Inferivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**



# FUNDATIONES ET ERCTIONES MONASTERIO- RVM, ET ECCLESIARVM COLLEGIATA- RVM, &c. PER BOIARIAM, AC LOCA QVÆDAM VICINA.

## ALTAICH INFERIVS.



MPLISSIMVM ac ditissimum Monasterium Benedictini ordinis, in Bauaria inferiori ad Danubium situm. Vnde verò Altaich inferius & superius nomen ac originem habeant, nempe à duabus vetustissimis & prodigiose magnitudinis querubus, in ripa Danubij, quo frequens populus gentilis coibat, & victimas immolabat, quæ loca Boij post receptam Christianam religionem in templo, ac inde in Cœnobio commutauerunt, vide latius Ioannem Auentinum in Annalibus suis, lib. 3. fol. 257.

FUNDATVM est hoc Monasterium sicut & Altaich superius, ac pleraque alia confilio S. Pirminij, Episcopi Metensis, ab Utileone Duce Bauariæ, in honorem S. Mauritij, anno 741. Sub Zacharia Pontifice Maximo, & subinde licet ab eodem Duce Utileone multis prædiis & possessionibus ditatum, bellis tamen & incendiis vastatum & attenuatum fuit. Instauratum verò est per Imperatores & Reges Romanos, qui illud maximis muneribus & priuilegiis auxerunt, sicuti hoc ipsum testantur Annales eiusdem Monasterij. Tassilo, filius Utileonis, plurima prædia huic Monasterio dedit, quorum magnam partem per discordiam Principum amisit. Carolus Magnus tradidit huic Monasterio priuilegia immunitatis, & prædiū in Spitz & in Bachouia in Austria, anno 812. Chronica Monasterij Altaicheñ. Georgij Abbatis habet, quod postquam Carolus Magnus terram Auarorum siue Pannoniam, quæ nunc Austria est, octo annis perdomuisse, expulsis Auaris, totam inter Ecclesiæ Bauariæ, Pontifices, Abbates, Comites & Barones diuiserit, & Monasterio Altaich magiam partem tradiderit, quam hodie alij occuparint. Ludouicus item, Carolimagni Nepos, Orientalis Franciæ Rex, tradidit Ecclesiæ Altaicheni quædam priuilegia, immunitates, & in suam tutelam recepit, &c. anno 843.

*Omnis ac  
singula  
Impp. Regis  
ac Princeps  
pum Priuile-  
gia & Co-  
cessiones, de  
quibus his  
præsum fit  
memoria, se-  
quuntur  
jus erâne  
pauci infra  
sublitis. 26*

Huius Ludouici tempore, Gotsbaldus, Abbas Altaicheñ, factus est Episcopus Heripolensis; qui ab eodem Ludouico impetravit Monachis potestatem eligendi ex se Abbatem, huic operi idoneum. Auent. lib. 4. fol. 316.

ILLE idem Episcopus Heripolensis impetravit ab eodem Ludouico, ut similiceret, tanquam Administratori, bona & possessiones Monasterij pro aliis cōmodis possessionibus permutare.

SUPRA DICTVS item Ludouicus dedit eidē Gotsbaldo, Abbati & Cœnobia, in villa Engolstat, (communiter hodie dicta Ingolstat) duas Ecclesiæ, vulgariter den Herrenhof/ curiri dominicata cū ædificiis desuper positis, cum pertinentiis, agris & pratis, Itē X XII. Huobis, ad curiam seu prædiū illud pertinentibus; qui

*Metrop. Salisb. Tom. II.*

A

& Cœ-

& Cœnobium in suam tutelam suscepit, & datis priuilegiis, illud ab omni exactione & onere exemit.

*Vid. in ad.  
uersar. Ht-  
bor. Bosca.* ANROLDVS Dux Bauariæ, dictus malus, ambiens Imperiū & rebellans Conrado & Heinrico Aucipi, Rom. Regibus, pleraq; huius Monasterij bona tām in Austria, quām in Bauaria diripuit, ac militibus suis distribuit; hinc norma monastrica ibidem defecit, tamen sub regula Canonicorum vñq; ad tempora Ottonis tertij, quasi per centum annos permanxit, qui consilio S. Wolfgangi Ratisbon, & Piligrini Patauiensis, Episcoporum, eundem locum regulæ priori Benedictinorum restituit, iuxta Annales huius Monasterij. Sed Auent hanc reformatiōnem tam huius quām aliorum Monasteriorum Bauariæ Heinrico sancto Imperatori ascribit, fol. 507. vt cunq; sit, Heinricus sanctus, motus sanctitate beati Gothardi, apud Altaich inferius nati, eiusq; discipuli beati Guntheri eremita, quorum secretis consiliis priuatim vtebatur, largissimus ac beneficentissimus erga hoc Monasterium fuit, recipiens in suam tutelam, immunitatem dans, ac tradens decimam in Mundrichingen, & prædium in Sifhouen, Item Flinsbach, & mutam & teloneum in Hengersberg, & mutam in Zvvisel, & alia, anno 1000. quorum magnam partem à Degenbergen, occupatum Georgius Abbas Altai-chen, in sua Chronica refert.

In alio diplomate, de anno 1005. Heinricus S. Imper. reddi iubet vi ablatam villam Flinsbach, in pago Svveinhgovv, Comitatu Thiemonis Comitis, & quicquid inter Winzer & Hofakirchum, &c.

CONRADVS Salicus dedit Cœnobio Alteichen. montem S. Gothardi in Kirhberg, cum adiacentibus prædiis & syluis, anno 1040.

HENRICVS tertius Imper. ob iuge seruitium Abbatis Ratemundi Altaichen, dat decem mansos Zaione, in præsidij termino Sigefridi Marchionis, in pago & Comitatu eiusdem, anno 1045.

IDEMLrogatu Agnæ vxoris, Gebhardi Ratisbonen, Gebhardi Aichsteten. Episcoporum, dedit Ratemundo Abbatii ob fidelia seruitia tres Regias Huobas in orientali pago, iuxta fluum Schwvarza à termino proprietatis, quam possidet Vlricus, filius Thiemonis Comitis, &c. anno 1048.

IDEML Dietmaro Abbatii in Comitatu Thiemonis Præsidis in villa Helger-sperch tunicatum teloneum concedit, anno 1049.

B. *Vendita  
fuerunt  
hac duo  
prædia tem-  
pore Abba-  
ti Panlio* HENRICVS tertius, Rex Romanorū, donauit huic Monasterio apud Storph prædium in Austria, iuxta fluum Zaia situm, villam Wissenregen & Ecclesiam in Rinicho, cum terminis nemorū Nordvvald, anno 1049.

CONRADVS tertius Imp. Sueuushuic Monasterio etiam multa donauit, iuxta Chronicam huius Monasterij, Fridericus Dux Austriae Abstorf liberum aduocatiā iubet esse. Datum in Castro Medlico, anno 1243.

CAROLVS quartus confirmavit priuilegia huius Monasterij, illudq; in suam tutelam recepit, vt testatur eius egregium diploma.

C. *Vide infra  
§. Maxi-  
milianus  
Imperator.  
¶ Ibid.  
notata, sub  
tit. D.* SPECTAVIT itaq; hoc Monasterium Altaich inferius aliquando ad Imperium, Romanoq; Imperatori annum Canonem, quem seruitum Regale vocā- runt, soluit; Tandem cùm ad tantam inopiam venisset, vt nec Monachos susten-tare, nec Imperio debitum seruitum præstare posset, Fridericus primus Imperator illud cum omnibus pertinentiis & rebus, ac etiam cum aduocatia & Ministerialibus, Eberhardo, Episcopo Bambergen. ita tradidit, vt Abbatii & Monachis sua stipendia intacta & indiminuta permanerent, & census Imperialis Episcopo cederet, ipseq; illud Monasteriū possideret, & Abbatem quemlibet sub homagio regalibus inuestiret, ipse Aduocatū poneret & deponeret. De hac re extant duo diplomata, quorū alterū datum est, an. 1152. Aquisgrani, alterū Papiz, an. 1160.

CON-

## COLLEGIOR. PER BOIARIAM.

3

CONFIRMAVIT hanc traditionem Eugenius Papa, nempe inuestituram & aduocatiam Abbatiae de Altach, quae regiae dignitati competebant, cum his, quae fisco regio annuatim soluebantur, iuribus tamen & stipendiis eiusdem Abbatiae, Abbat & Monachis debitibus indiminutis ac saluo iure Patauiensis Episcopi, &c. Datum Signia 18. Calend. Iulij.

IDE<sup>M</sup> Episcopus Eberhardus, inuestito deinde Abbatie Boleslao, ipsum in confratrem & Concanonicum Ecclesiae Bambergens. & collateralem ipsius & Successorum suorum recepit & statuit, ut Monachi, Clerici & Ministeriales, unusquisq; in suo ordine maneret, ut illis in uitis nihil auferretur, aut iura ipsorum mutarentur, ut Ministeriales Monasterij iisdem iuribus yterentur, quibus alij Ecclesiae Bambergensis Ministeriales, anno 1133.

ADVOCATI huius Monasterij erant olim Comites de Pogen, qui illam aduocatiam à Rom. Imp. in feudum acceperant, vsq; ad tempora Friderici primi Imper. qui Monasterium & aduocatiam Episcopo Bambergensi, ut suprà dictū est, tradidit, à quo Berchtoldus Comes à Pogen, primo in beneficium accepit. Cùm autem inter Albertum tertium, filium Berchtoldi, ex una, & Comites Orenbergenses, Rapotonem & Henricum, ex alia parte, propter hanc aduocatiam & alias quasdam causas, graue bellum exarsisset, in quo vtrinq; Monasterio grauissima damna illata sunt, & Albertus quartus, filius Alberti tertij, vnā cum fratre contra iustitiam & voluntatem Episcopi hanc aduocatiam violenter tenerent, Monasterio tam per se, quam suos Subaduocatos, grauissima damna inferrent, sicuti infrà in Catalogo Abbatum latius explicatur; per Eck pertum Episcopum Bambergens. ab officio remoti sunt, & ius aduocatiæ Ludouico, Comiti Palatino Rheni, Duci Bauariae, & Ottoni filio, & omnibus hæredibus eorum feudalibus infeudum concessum est, nempe hoc ius, quod à Patauia ex viraq; parte Danubij, versus Ratisbonam & vltra protenditur; excepta villa Neßelpach, & aliis vilis intermediis, vsq; ad Wintzer cum suis attinentiis, quas Episcopus ab omni aduocatia liberas sibi reseruauit; hoc pacto, ut Duces de hoc iure nihil alienare, contenti; esse debeat antiquo iure aduocatiæ, & quod velint esse defensores Ecclesiae Bambergensis, nec non omnium bonorum & iurium suorum. De hoc extat diploma Ludouici, sub sigillis ipsius & filii Ottonis, nec non serenissimi Domini Heinrici, Regis Romanorum, aliquorum Episcoporum, ac Leopoldi Duci Austriae: Testes, Rupertus Comes de Castel, Conradus Praefectus de Nuernberch, & Hermannus Marchio de Baden, Ruedolph Palatinus Comes de Tubing, Ulricus & Gerhardus, Comites de Helfenstein, Eberhardus & Otto, Comites de Eberstein, Hartman Comes de Tilling, Fridericus de Truheding, Gotfridus de Hohenloch, Dapifer de Waltpurch, Conradus Pincerna de Winterstein, Conradus de Winsperch. Acta Esselingi, anno 1228,

CONFIRMAVIT hoc etiam postea Ludouicus & Henricus, Dukes Bauariae, ut testatur Henricus Episcopus in quadam suo diplomate, quod Vidiimus vocant. Datum, anno 1254.

QVANQVM credibile est Ottonem Ducem demum post obitum Alberti quarti, Comitis à Pogen, cuius frater vterinus, ac proinde legitimus Successor erat, in plenariam illius aduocatiæ possessionem venisse, qui Albertus an. 1242. ultimus illius familiae decepsit. Idē Otto Dux dedit priuilegium Althæ, ut primo genitus ex seruo Altahæ & serua Ducis sit Monasterij, reliqui diuidantur æquamente an. 1243. Confirmavit Heinricus, filius Ottonis, an. 1256. Idē Otto Dux dedit Althæ decimas omniū bonorum, in cellariis & granariis Flinsberg, Weissenstein, Schüttenhouen an. 1246. Idem dedit decimas omniū bonorū, quæ illi ex morte Rapatonis Palat. Comit. obuenerunt, postquam in cellaria & granaria collecta,



anno 1249. Sed filius eius Heinricus Dux reuocauit privilegium patris, de exemptione mutæ, anno 1255. qui tamen dedit decimas in Rottal & in Marchan-  
stain, per commutationem aliquorū prædiorum. Otto, filius huius Heinrici,  
Rex Vngarie, dedit priuilegium salis, sine muta & telone ovehendi in Burckhau-  
sen & Schärding, anno 1301. Stephanus item frater Ottonis prohibuit, ne aliquis  
Laicorum, contra Canonica statuta, res huius Ecclesiæ, vel etiam morientium  
Clericorum sibi usurpare præsumat.

ITA deinde vsq; in præsentem diem Abbates dicti Monasterij bona tempo-  
ralia ab Episcopis Babenbergensibus in feudum acceperunt & soluerunt 27. li-  
bras denariorū Bambergensiu, quæ faciunt 38. libras Hallensium : Aliquando  
Episcopo datus est equus, Marschalco, & aliis tribus Officialibus Episcopi, cui-  
libet vna marca Argenti, pro qua concordarunt, anno 1476. & soluerunt pro  
qualibet 6. flor. Rhenen. Item Cancellariae 16. flor. Rhenen. Camerario & Can-  
cellario 5. floren. Rhenen. anno 1491. pro vna marca soluti sunt quatuor Offi-  
cialibus 7. floren. Rhenen, & vna quarta. Et nota, quod isti Abbates iurant Epi-  
scopo & eius Successoribus Catholicis; vnde, mortuo Episcopo, non tenetur  
Abbas iterum homagium facere, sed mortuo Abate tenetur Successor, & istud  
est de iure Canonicae veritatis, cum glossa, extra de iure iurando, ac etiam de cō-  
suetudine dicti Monasterij.

D. MAXIMILIANS Imperator tutelam Monasterij & ius aduocatiæ Alberto  
Duci Bauariæ, & omnibus eius heredibus masculis in perpetuum tradidit, anno  
1506. Ita vt Cœnobium omne id præstet eidem Ducis, quod præstare debuit Im-  
peratori & eius Successoribus.

*Vid. in ad-  
versar. bi-  
for. Bauar.* SEPVLTI sunt in hoc Monasterio, Berchtoldus, Comes Schyren. qui rebel-  
lis fuit Ottoni II. Imp. amitino suo. Nam fuit hic filius Arnolphi primi, Co.  
Schyren. Nepos Arnoldi, mali Ducis Bauariæ, &c. vnà cum filio suo Heinrico,  
Duce Carinthia, qui obiit anno 989. Teste Iohan. Auent. lib. 5. annalium, fol.  
500. 503. 506. 639. quem vide.

## E.

## ABBATES ALTHAE INFERIORIS.

- I. EBERSWINDVS anno sexto Tassilonis Ducis, qui est fundationis 13. Pu-  
tingæ prædium datum Altach, sub hoc Abbatे.
- II. WOLFBERTVS anno Ducatus Thassilonis XXX. & XLII. Thassilovir  
illustris, Dux Bauarorum, tempore huius Abbatis Wolfberti, anno Ducatus  
sui XXX. filius sui Diethonis primo, recordans, maiores suos tempora, Cœnobia  
*Fundatio  
Chremisse  
seu  
Brembo  
münster.* construxisse & ditasse, ipse quoq; vnum construxit iuxta fluenta Chremisse, in  
honorem S. Salvatoris dedicauit, & dedicatum tradidit; Abbatem constituit  
cum Monachis, &c. tradens omnes homines, qui ibi habitant, & ibi cuncta culta  
& inculta Salmani à Sulzipach, & ibi homines sal coquentes, &c. Testes, Vergilius Episcopus, scilicet Salzburgensis, Simpertus Episcopus, scilicet Ratisbo-  
nenensis, Baltherus Episcopus, scilicet Patauensis, Oportunus Abbas, Wolfbertus  
Abbas, videlicet Altaichen. Atto Abbas, scilicet Mansen. Caozich Abbas, Hrot-  
hart Abbas, Vrili Comes, Magilo Comes, Salincho Comes, Reginold, Adalger,  
&c. acta in prædicto Monasterio.
- III. VROLPHVS, tempore Caroli Magni, alias Fulradus, ex diplomate Caroli  
Magni, qui hunc Abbatem ad Concilium in Saxonia, cum hominibus bene  
armatis & aliis necessariis vocat.

TEVT-

COLLEGIOR PER BOIARIAM.

5

**T**EVT P A L D V S , tempore Ludouici Pij Imperatoris , filij Caroli Ma-  
gni.

**G**OZBALD V S , tempore Ludouici Regis Ostrofranciae & Bauariæ Nepo-  
tis Caroli filij Ludouici prædicti . Hic à Gregorio Papa accepit membra SS.  
Fœlicis & Agapiti , qui Iserhouen stabilit .

**O**T G A R I V S , Idem Ludouicus Rex constituit eum , qui multa beneficia  
ac bona , tam propria quam suorum fidelium , de iplorum consensu huic  
Monasterio contulit , iuxta diplomata ibi .

**W**OLFBERT V S secundus , tempore Caroli .

VII.

**E**BERSWIND V S secundus .

VIII.

**G**RIMALD V S Conradus Aduocatus .

IX.

**O**T BALD V S .

X.

**C**HVNIPER T V S \* Rafoldus Aduocatus .

\* Vid. Ekkardus cap. 10. f. 82. & cap. 15. f. 99.

XI.

**E**GELOLPH V S .

XII.

**A**ARON , pôst defecit ordo , facti Canonici , 100. ferè annis .

XIII.

**E**RCHANBERT V S Abbas , Ottone tertio regnante , rexit 6. annis , anno  
990.

XIV.

**S**GOTHARD V S , Altha inferiori natus , patre Ratmundo , à Friderico ,  
Archiepiscopo Salisburgen . qui tunc Altach . in beneficio habuit , fit Acoly-  
thus & Subdiaconus , & ordinatur in Præpositum Canonicorum , à Pilegrino  
Patauiensi Episcopo ordinatur Diaconus , à S. Wolfgangano Sacerdos , sub Erchan-  
berto Abbe , 12. Calend. Ianuarij . In hoc Cœnobio existens Diaconus , Mona-  
chatum vovit , anno 997 . Fit Abbas , præsentibus S. Heinrico Duce , quibusdam  
aliis Episcopis & Proceribus Boiorum 6. Calend. Ianuarij ordinatur . Præest 26.  
annis . Deinde anno 1022 , fit Episcopus Hildeshaimensis , cui 16. annis præest .  
Obiit anno 1038 . Canonizatur , an. 1131 . Albertus Cranz in Metropoli Hambur-  
gen , lib. 4. cap. 8. & 9. ponit S. Gothardum fuisse de familia Comitum Schyren-  
sium & Witlspacen . quod erroneum est , &c. Aduocati huius Monasterij sub  
Gothardo erant , Ripertus , Alvvinus , Albertus , Comites .

**W**OLFRAM V S annos 4.

XV.

**R**ATMVND V S annos 23. Obiit anno 1048 . sub Heinrico tertio . Sub hoc  
Abbate Monasterium cum omnibus ædificiis suis signe consumitur , quod ab  
eo , auxilio S. Gothardi tunc Hildeshaemensis Episcopi , & Richerij Abbatis Caf-  
sinensis restitutum est , anno 1033 .

XVI.

**R**VPERT V S . Ulricus , Marquardus , Comites , Aduocati .

XVII.

**D**IETHMAR V S aunos sex , sub Heinrico tertio .

XVIII.

**A**DA' HARD V S annos septem . Meinhardus & Alvvinius , Aduocati .

XIX.

**W**ENZESLA V S annos sex , annalium Boiariæ scriptor , ab Heinrico quar-  
to Imp. ad Conuentū Mantuā missus , Auent. lib. 5. fol. 549. 550 . Obiit 557 .

XX.

**W**ALKER V S sub Heinrico IV . anno 1069. 1079 . alias Waltgerus .

XXI.

**W**OLFRAM V S annos duos .

XXII.

**R**VPER T V S anno 1100 .

XXIII.

**L**VIPOLD V S . Albertus Aduocatus .

XXIV.

**A**DALFRID V S , XII. anno .

XXV.

**C**ONRAD V S sub Conrado tertio , anno 1146 .

Berchtoldus Comes

XXVI.

**P**OLISLA V S .

Aduocatus .

XXVII.

**D**IETERIC V S .

XXVIII.

**G**ERHARD V S .

XXIX.

Cvm Subaduocati nimis grassarentur in Monasteria Germaniæ , Adrianus  
quartus , Pont. Max. tempore Boleslai , Dietrici seu Gerhardi , Abbatum , nempe  
*Metrop. Salisb. Tom. II.*



circa annum, 1156. 7. vel 8. decreuit his verbis: Nos Eugenij Papæ instituta & Conradi & Friderici Imper. leges sequimur, qui nullum post hac in Teutonico regno Subaduocatum super alias Ecclesiæ decreuerunt vllatenus admitti. Omnibus igitur abiudicamus ius Subaduocatis. Fridericus Imper. sententia sua iudiciale prohibuit, Subaduocatos constitui, sub pena amissionis iuris ad uocatæ. Extat diploma in Monasterio Wessesprennen, de anno 1155.

Ipsius Aduocatis Heinricus quartus Imperator iam antea modum præscriperat, nempe primo ad placitum Aduocati solum anno veniant, quando præceptum, secundo plus non exigant ibi, nisi 2. modios tritici 2. porcos, 3. cados vini vel medonis, 10. cados cereuisiae, 5. modios auena in pabulum 30. equorum, &c.

XXX. VOLSGALCVS, Berchtoldus Aduocatus.

XXXI. VDALRICVS rex annos sex.

XXXII. DIETMARVS secundus, annos 23.

XXXIII. POPPOL annos 28.

ALBERTVS, Comes de Pogen, in magna caritate annonæ, in prouincia sua Abbatii Popponi commodato ac vi vinum, ac frumentum ad valorem 200. librarum abstulerat. Abbas ipsum coram Rege Rom. ac Duce Bauariae accusabat, Dux Concilium habiturus erat Straubingæ, Comes arbitris Baronibus terræ antea transfigit, & dedit Monasterio tres curtes, unam Isarfstorff, alteram, quam D. Otto de Ratolstorf oppignorata tenebat, tertiam, quam Conrado de Peuzkouen, Dapifero suo, ratione officij in beneficium tradiderat: Testes, Comes Rapoto, frater eius Heinricus, Co. de Ortenberch, D. Kalhochus de Kirchperg, D. Altmannus de Helingersperg, Gozbaldus de Schönenstain, Gerhochus de Fremleinsperg, Berchtoldus de Stainberg; Conradus Dapifer, Heinricus Pfölninger, Heinricus Polmer, Ebo de Palude, alijs de Mos, Heinricus Iudex & frater suus Radolphus, Berchtoldus de Mitterfels, anno 1207. indictione 10. concurrentibus septem existentibus, regnante Rege Philippo fœliciter, Amen.

ALTMANNVS de Helingersperg arcem suam Helingersperg Testamento Monasterio huic legat. Abbas cum Conuentu, eam, ne ab alio occuparetur, solo æquare volens, ab Alberto Co. à Pogen fuit prohibitus, donec Poppo Abbas, data pecunia, eum in suam sententiam traxit, circa annum 1212. Auentinus in annalibus folio 662. &c. Berchtoldus Comes de Pogen obdilecta confirmat traditionem, quam fecit huic Monasterio, iturus Romam cum Ottone. Datum Plädling, anno 1217. regnante Friderico Imp. Testes, Rossel, Corat de Pâzenhauen, Albertus de Ovve, Wenigot de Puezkouen, puto esse Peuzkouen, qui fuit sub Abbe Poppone, Albertus de Haybach, &c.

E. Püsko-  
ven.

ALBERTVS Comes de Pogen fatetur, cum Poppo Abbas, cuius ipse Aduocatus, Rapotonem & Henricum Com. de Ortenberg, fratres, Alramum & Albertum de Hals, fratres de Ahusen, pro grauibus damnis sibi illatis, apud Cæsarem, Papamque grauissimè accusaret; ipsiq; in inuidiam Alberti Com. satisfacere recusarent, nisi ipse polliceretur & caueret publicè, ne quicquam de prædiis, quæ daturi essent, iure aduocatæ posceret, nec horum ratione ab Abbatte aut Cœnobio quicquam postularet, consentit, permittit, &c. ne pax interturbetur, cedit quoque in prædiis, quæ Babo & Albero, Domini de Cecholuing contulere Monasterio, precibus Poponis motus, quoniam, inquit, sæpius deliqui in D. Mauritium, &c. traditæ; instrumentum publicum. nomina prædiorū, in quibus iuris Aduocatin nihil habet Smidorf, Pering, Thaimerspach, Walchenstorf, Oxing, Imzing, conceditque si molestu fuerit ipse vel sui iudices, Abbas eligat alii um



*COLLEGIOR. PER BOIARIAM.*

7

um Aduocatum, Datum Plädling, anno 1222. Testes, Heinricus de Pholing, Calhothus de Winzer, Albertus de Nusperg.

ALBERTVS, Abbas Windtbergæ, vendidit huic Poponi quædam, præsente Aduocato, Comite Leupoldo, Item Berchtoldo de Steinberg, alijq; Comitis ministris.

ALBERTVS Comes de Pogen confirmat traditionem fratris sui Berchtoldi mortui apud Damiatam, præsente Luipoldo, Duce Austræ, vte morituro promiserat, de Ecclesia Emprukh, anno 1222. confirmat Otto Dux Bauariæ, anno 1242. Testes, Otto Comes de Gruenpach, Alramus de Hals, Alhardus de Prising, Sifridus de Frovvenberg, &c. Idem Comes Albertus, cum ex mandato Serenissimi Imperatoris Friderici in Apuliam iturus esset, obsecera commissa in Altacha Luipoldi fratris, bona iuste possessa ab Auis, Proauis, Progenitoribus, &c. Poponi Abbatitradidit, qui 47. libris ipsum Comitem à creditoribus liberavit, cui hactenus nullo beneficio responderat, dedit Pebrach, cum pertinentibus scilicet Vichtaha, Gerstal, Æniprukha, & quæ intrâ minus ad id pertinent: Testes, Beringerus Com. de Leonberg, Herman de Liechtenberge, Conradus de Wodis, Gerhochus de Fræmirchspurg, Albertus de Erlbach, Mengoz, & frater eius de Peuzkhouen, anno 1225.

BERCHTOLDVS mensis septem.

XXXIII.  
XXXV.

CONRADVS annos 11. Mensis septem.

XXXVI.

DIETMAR VS tertius annos decem. Anno 1233. 10. Calend. Octobris consecratur Templum S. Mauriti in Ingolstadt ab Heinrico, Episcopo Aichstetensi, Magistro Hugone, Plebano, Canonico Ratisbonen. Diethmaro Abbe regnante.

Hic Dietmarus benè rexit, mitram per Hermannum Monachum impremita Gregorio Papa, vide Avent. de hoc Abate lib. 7. fol. 676.

HERMANNVS annos 30. Mensis 10. dies 16. vir diligentissimus. Hunc confirmat Otto Dux Bauariæ Eunibrukhe donationem factam à Berchtoldo, Comite de Pogen, fratre suo; ea tamen lege, si fateatur sine suo & patris sui Ludouici Ducis consensu, eam donationem nihil valuisse. Testes, Otto Comes de Gruenpach, Alramus de Hals, Alhardus de Prising, Sifridus de Frovvenberg, Chuno de Tuschendorf, Albertus Iudeus de Straubing, &c. Datum Straubing, anno 1242. Otto Dux Bauariæ commutatione recepit ab Abbe Flinsperg Castrum, quod Albertus quondam Comes de Pogen, frater suus, in prædiis Altachæ extraxit, cui ipse successerat, quod opportunum esset ad tuendam prouinciam Monasteriumque cum pertinentiis, villa Flinspach, Miterdorf, Satlarn, &c. dat pro illis prædia meliora, consentientibus Ludouico & Heinrico, Elisabeth, Sophia, Agnete, liberis suis, &c. Mundriching, 11. curias, 13. Huobas, molendinum cum hominibus, agris, prædium, in Otalinga, curiam vnam Ingolstat, Huobam Otling, &c. vna cum aliis quibusdam decimis ac iuribus, &c. sigillatum à Duce, Agnete vxore, Hermanno Abbe: Testes, Rudigerus Episcopus Patauiensis, Hermannus Comes de Tilling, Fridericus de Trucheding, Ludouicus filius Friderici & Gebhardus Landg. de Leuchtenberg, Gebhardus Comes de Roteneck, Alramus de Hals, & Heinricus de Paumgarten, liberi, Heinricus Monasterij Praepositus, &c. anno 1244.

Hic Hermanno ac Monasterio Albertus Episcopus Ratisbonensis, ob hospitalitatis obsequia, sibi & Antecessoribus exhibita, præcipue ob religionem, de noualibus vbi prædia habent, duas decimarum partes dat, tertiam Patrocho. Datum in Stauff, anno 1256.

COMES Albertus de Pogen iturus Hierusalem, venit Altach, dederat Abba-

A 4

ti

## FVND. MONASTER. ET ALIOR.

ti Dietmaro Pebrach, Gerstal, quod renouauerat Naternbergæ, anno 1233. Sed cùm Otto Dux, frater Alberti Com. hæc & alia post mortem Alberti, sibi retinuisse in recompensatione Cambij prædiorum circa Flinsperg, & filius suus Heinrichus Dux Castrum Flinsperg destruxisset, ac prædium Mundriching, cum aliis quibusdam bonis Monast. occupasset; tandem restituit prædia circa Flinsperg, hoc est, villam Flinspach, Hermanno Abbat, anno 1257. & 1260. Testes, Sifrid. de Frauuenberch, Vlricus de Tannberg, Heinricus de Pholing, Gerhohus de Fremlinsperch, Marquardus Marschalculus de Schrofenhusen, Otto de Strubing.

**ALBERTVS** de Hals, hostis Heinrici Ducis, multa damna Monasterio dedit. Opera autem Hermanni Abbatis per Legatum Pontificium excommunicatus, coactus cum Duce in gratiam redire, arbitrio Ducis & quatuor Ministerorum eius, dedit Monasterio Harbach. Actum Deckendorf, anno 1263. Arbitri, Seifridus de Fraunberg, Heinricus de Pholing, Gerhochus de Fremleinsperg & Albero Waller: Testes, Heinricus Notarius, Otto de Fraunberg, H. de Ainkouen, Albertus de Furt, Otto de Straubing, Cyrolphus Iudex, Ortliebus de Wald.

EODEM anno Hartliebus miles de Schvvarza dictus, de Lamina, dedit vnam Huobam pro leprosis; præsentibus Ottone Patauiensi, Leone Ratisbonen, Episcopis & Hermanno Abbate.

**ISERHOVA** per hostes Alberti Com. de Pogen ferè desolatâ, vepribus obsitâ, paceq; reddita, per mortem Comitis ab Ottone Duce Hermannus Abbas obtinuit campum diuidi per funiculos, iugera 12. Huoba iugerum habebat 12. piuanganas, facta hæc partitio præsente Hermanno, anno 1247.

**FRATER ALBERTUS**, miseratione diuina Ratisbonen. Ecclesiæ Episcopus, Parochis, Decanis, Vicariis, &c. Decimaru[m] quæ noualia pendunt tertiam partem huic Hermanno Abbat, ob officia hospitalitatis tribuit. Datu[m] Ratisbonæ Pontificatus die primo, anno 1260. Hic fuit Albertus Magnus. Auent, lib. 7. fol. 700. Hermannus hic Heinrici Ducis inferioris Bauariæ liberorum lustricus Pater, Historiographus, Flinsperg, Kurberg Castrum, Mosam turrim solo æquat, circa annum Domini 1267. Auent, fol. 705. Wilhelmus de Kirchperg, vxor Gertrud tradidere Castrum Kirchperg, Avv, Schvveinpach, &c. per Albertum de Hals, Hermanno Abbat ambo religiosam amplexi continentiam; confirmat traditione Heinricus Dux Bauariae: Testes, Albertus de Hals, Albero Waller, Hiltprandus de Puechperg, H. de Ainkouen. H. de Mastorf, Albertus Closner, Rinaldus de Eia, Hugo, Hartvivicus, fratres de Freimdorf, Luipoldus de Haiming, Fridericus de Romperch, H. de Pumpfling & alij. Datum Cham, anno 1267. Hermannus Abbas commutauit forum Regen, cum Heinrico Duce, anno 1270.

IDEM Herman. Abbas redemit ius aduocatiæ à Conrado & Rumboto de Schvvarzenburg & Heinrico Kelbelino, alias Vitulo, propter Colonos Althæin Willenregen & Hassenberg, multa ab his passos, autoritate & iusu Heinrici Ducis, qui se gratis patronum fore sponderet, à Deo mercedem recepturus. Extat diploma Ducis, Datum Abach, anno 1272.

EODEM anno in Pogen, præsente Heinrico Duce, cessere quoq; Albertus & Heinricus Kelbelini, patruelis iuri suo: Testes, Albertus de Hals, Albero Waller, Heinricus Phollinger, Alramus de Rottau, H. de Ainkouen, Conradus de Nusperg, H. de Mosdorf, Magister curiæ, Berchtoldus de Starnberg, Reinoldus de Eia, Wicklerus Iudex, & gener suus Fridericus de Viechta, H. de Ottling, Diethmarus de Puechouen de Mülhaim, Heinricus de Helingersperg, Berchtoldus Iudex de Chamm, Sifridus de Grauenviesen, Heinricus de Pumphiling, Conradus Hager, Luipoldus de Hainign, Heinricus de Aurbach, Diepoldus Panholz, &c. Hermannus cessit Abbatia anno 1273.

ALBI-



**A**LBINVS annos sex, obiit Anno 1279. Hic emit Aduocatiam Ecclesie XXXVIII, Mundriching ab Virico Dapifero de Eckmül, Anno 1275. confirmat Heinricus Dux, Anno 128.

**V**Olkmar VS annos tres. Seditione à quibusdam Monachis contra hunc Abbatem facta, Monasterium à cognatis Monachorum conciorum direptum est: Abbas Danubium in fuga traiiciens, eminus sagitta interfectus est. Heinricus Dux inferioris Bauariae Monachos consciens expulit, sex eorum cognatos, cædis autores Strubingam ductos, ultimo supplicio affecit. Auent. lib. 7. fol.

716.

**P**OPPO II. rexit annos sex. Heinricus Gestelinus, vxor Kunigunt, cum filio XL.

Alramo, donat Monasterio prædium Mos, sub Poppone Abbe, approbat Heinricus Dux Bauariae: Testes, Bernhardus Com. de Leonsperg, Albertus de Hals, Wolfgerus de Wart, Pero de Anznkirchen. Datum Landau, anno.

**W**ERNHARDVS annos 28. obiit 1317.

XL.

**F**RIDERICVS annos 5.

XLII.

**I**NGERVS annos 12. obiit 1335.

XLIII.

**O**TTO I. annos octo, obiit 1343.

XLIV.

**P**ETRVS, hic cum conuento cedit Ducibus Boiorum perpetuò, das Ge-richt Helingersberg / May vnde Herbst Stewr / in dem Gericht Landaw / anno

XLV.

1352.

**O**TTO secundus annos sex, obiit 1366.

XLVI.

**A**LTMANNVS annos 35.

XLVII.

**I**OHANN newlich Edel/ annos 12, obiit 1414. vel 13.

XLVIII.

**I**OHANN secundus, annos 20.

XLIX.

**E**RHARDVS annos 19.

L.

**A**LBERTVS annum unum, periit naufragio in Isara, Anno 1453.

LI.

**P**ETRV secundus \* annos 13.

LII.

**V**VOLFGANGVS rexit annos octo, menses sex.

LIII.

**F**RIDERICVS annos nouem, nominatus.

LIII.

**H**VIC coadiutor datus, Pater Gregorius Hauer, Magister artium, qui scripsit ac dicavit Georgio Duci Chronicam Anno 1478. Abbas deinde solum autoritatem habuit sub insula cantandi.

LV.  
\* Cöllistar.  
Ducus Ba.  
maria Lu.  
donier.

**I**OHANNES tertius, annos 13.

LVI.

**B**ERNHADVS 16. hebdomas.

LVII.

**K**ILIANVS.

LVIII.

L.

## ADDITIONES.

Sequuntur Caroli M. aliorumque Imp. Regum, & Principum Diplomata, huic Monasterio concessa.

### I.

### A.

**C**AROLVS Serenissimus Au-  
gustus à Deo coronatus, Magnus, pacificus, Imperator Romanorum  
gubernans Imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum &  
Longobardorum. Quicquid enim ob amorem omnipotentis Dei ad loca san-  
cto-

privilegiū  
Carol. M.  
super Bre-  
via.

itorum venerabilium pro mercedis animæ nostræ augmentatione concedimus vel cōfirmamus, hoc nobis procul dubio ad æternam beatitudinem pertinere confidimus. Igitur notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, præsentium scilicet & futurorum, quoniam nos in Eleemosyna nostra ad deprecationem GEROLDI Comitis fidelis nostri concedimus atque confirmamus ad Monasterium S. Mauritiū quod est situm in Ducatu Baioariorum, in loco nuncupante Altaha, vbi Orulfus rector præfesse videtur, locum quendam in Aua-ria, vbi Bieloha fluvius Danubium ingreditur. Est autem estimatio illius loci, quasi 40. mansorum. Qui locus sub omni integritate partibus memorati Monasterij per hanc nostræ auctoritatis largitionem vel confirmationem perpetuis temporibus proficiat in augmentis. Præcipientes ergo iubemus, vt nullus quilibet fidelium nostrorum memorato Orulfo Abbatii, vel successoribus eius, aut monachis in memorato Monasterio vitâ degentib. ullam inquietudinem aut calumniam aut diminutionem de prædicto loco vlo vnquam tempore facere præsumat, sed perpetuis temporibus per hoc nostræ auctoritatis præceptum vel largitatis donum robustissimo iure pars ipsius monasterij teneat atque possideat. Et vt hæc præceptio nostra vel confirmatio nostris vel futuris temporibus melius conseruetur, de annulo nostro subtus sigillare iussimus. Datum 6. Cal. Decembr. anno Christo proprio Imperij nostri duo decim. regni vero in Francia 44. atq; 37. in Italia, Indictione quinta. Actum Aqui- grani palatio regio, in Dei nomine feliciter.

*Ego annus  
Christi 812.*

## II.


*Ludouicis  
Præsuper  
emunitate  
Ecclesie  
An. 821.*

*al mundi-  
burdo.*

**I**n nomine Domini Dei & Saluatoris Iesu Christi. Hluodouicus I. diuina ordinatione prouidentia Imperator Augustus. Notum sit omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenarijs vel agentibus, præsentibus scilicet & futuris. Qualiter vir venerabilis Teutpaldus Abbas ex monasterio, quod est constructum in honore S. Mauritiū martyris, in loco qui dicitur Altaha, ad nostram veniens præsentiam indicauit nobis, quod per defensionem domini & genitoris nostri Caroli Imperatoris, vsq; in præsens tempus res & homines memorati Monasterij quieti absq; cuiuslibet iniusta interpellatione, residissent. Petiti que ut nos eum cum rebus & hominibus supradicti Monasterij similiter sub sermone tuitiois nostræ susciperemus. Quod nos libenti animo fecimus. Idcirco has literas firmitatis nostræ ei conscribere iussimus, per quas iubemus atq; præcipimus, vt nullus nostrum aut iuniorum nostrorum, neq; ipsum Teutpaldum Abbatem, neque homines suos per quaslibet iniustas occasions vexare, aut calumniā quamlibet ingerere præsumat, neque de rebus suis aut monasterij sui ad dominium eius legitime pertinentibus abstrahere vel minuere, vel paruum tollere muniatur. Sed liceat illi in monasterio suo & in possessionibus suis, ad eum legitimè pertinentibus quiete absq; perturbatione residere, & nobis ac filiis nostris deseruire. Et si talis causa contra illum aut contra homines suos exorta fuerit, quæ absque graui & iniquo dispendio in patria illius definiri non possit, liceat illi & suis potestatem habere ad nos veniendi, vt in nostra præsentia causa, quæ contra illum vel suos exorta fuerit, iustum & legitimum terminum accipiat. Et vt hæc auctoritas nostris successorumque nostrorum temporibus firmiorem valeat obtinere vigorem, manu propria subtus firmauimus, & de annulo nostro eam iussimus sigillari.

Signum

Signum



Hludouici Serenissimi  
Imperatoris, Sigibertus, ad vicem  
Fredegisi Abbatis.

Data V. Cal. Aug. anno Christo propitio Hludouici piissimi Augusti octauo,  
Indict. XIV. in Dei nomine Amen.

## III.

**I**n nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi. *Hludouicus I.* diuina  
ordinante prouidentia Imperator Augustus. Si petitionibus fidelium no-  
strorum iusta petentium aurem serenitatis nostræ libenter accommodamus, &  
regium morem exercemus, eosque proculdubio deuotiores in nostro habebi-  
mus obsequio. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum præ-  
sentium scilicet & futurorum industria, quianos petenti cuidam Vasallo fideli  
& familiari nostro *Patagera* concessimus ad proprium quandam villam iuris no-  
stri prope fluuum *Enisa*, in Comitatu *Geroldi* Comitis, quæ dicitur *Graneßdorf*,  
quæ est sita in parte *Sclauanorum*, cum omnibus appenditiis suis, & de nostro iu-  
re in ius & donationem præfati viri semper habendum contulimus. Hancita-  
que villam cum toto ædificio, domibus, mancipiis, terris, cultis & incultis, pra-  
tis, pascuis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, molendinis, adiacentiis, per-  
uiis, eritib⁹ & regressibus, mobile & immobile, quæ situm & ad inquirendū, totū  
& ad integrum, quantumcumque ad prædictam villam pertinere videtur, cum  
omni integritate eidem à presenti die concedimus homini, & de iure nostro in  
ius & potestatem eius liberalitatis nostra conferimus gratiam; ita videlicet, ut  
quicquid ab hodierno die & tempore, ipse & successores eius de prædictis rebus  
& mancipiis, vel his quæ ad eos pertinent iure potestatiq; facere vel iudicare  
voluerint, per hanc nostræ auctoritatis largitionem libero, in Dei nomine per-  
fruantur arbitrio faciendi quicquidelegerint. Et vt hæc auctoritas largitionis  
nostræ per curricula annorum Deo protegentे inuiolabilem atque inconuul-  
sam obrineat firmitatem, manu propria subtus firmauimus, & annuli nostri  
impressione signari iussimus. Datum XII. Cal. Ianuar. Anno Christo propi-  
tio 21. Imperij Domini Hludouico piissimi Aug. Indict. 3. actum in loco *C. A.*  
qui *grani* palatij, in Dei nomine Amen.

*Eiusd. fav.  
per Gra-  
neßdorf.*

*4. Per san. an.  
12. vi nove-  
mberis  
transfesta-  
tum.  
Anno  
Christi 835.*

## IV.

*Ludouic⁹*  
*4. 1.*

**L**vnius fidelis rationabilem petitionem ad effectum perducere satagit, non  
solum ipsius, sed etiam cunctorum fidelium suorum animos ad fidelitatem de-  
bitam sincerissimè conseruandā promptiores deuotiōresq; efficit. Idcirca notū  
esse volumus cunctis fidelibus sancta Dei Ecclesia, & Deo dispensante successō,  
ribus nostris, qualiter petente ac suggerente *Gosbaldo* venerabili Abbatē & fideli  
nostro, complacuit nobis propter suum deuotissimum erga nostræ mansuetu-  
dinis obsequium, quasdam res proprietatis nostræ, quæ sunt in villa quæ vo-  
catur *Ingolstāt*, & quas præfatus vir haec tenus in beneficium habuit, ei deinceps  
ad proprium per nostræ largitionis munificentiam concedere. id sunt Eccle-  
sia duæ, curtis dominicata, cum cæteris ædificiis desuper positis, de terra arabi-  
bili iornales centum triginta, de pratis vbi possunt colligi de fæno carradæ qua-  
drin-

*graphi.*

*Super In-*

*golestat.*

*Legend. sine*

*dubio In-*

*golestat*

*sed dannu*

*ex fide Apo-*

*graphi.*

dringentes. Mancipia infra curtem inter pueros & faminas genecias, numero viginti duo. Mansi seruiles vestiti ad eandem curtem aspicientes viginti duo. Sintmansorum duodecim. Vnde etiam profirmitatis ac maioris securitatis studio praesentem auctoritatem largitionis nostrae fieri iussimus, per quam memorato Abbatirem superius nominatam cum suis pertinentiis, campis scilicet, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, mobilibus atq; immobilibus, seruis quoq; vel ancillis, & quicquid ad eandem curtem iuste & legaliter pertinere dinoscitur, & nostri iuris atq; potestatis iure proprietatis est, totū & ad integrum quod ille sicut praefati suimus, in beneficium habuit, largimur, de potestate nostra in eius transfundimus dominationem iure proprietario ad habendum, ita ut ab hodierna die nulla persona nostris vel successorum nostrorum temporibus, aliquam ex his presumatur afferre inquietudinem, sed per hoc non stræ donationis praceptum hoc eum quiete tenere liceat. Et inde quicquid elegerit, vel facere voluerit, liberam in Dei nomine in omnibus habeat faciendi potestatem. Et vthæc auctoritas nostræ largitionis inconuulsam obtineat firmitatem, manu propria subtus eam firmauimus, & annuli nostri impressione signari iussimus. Datum X. V. Cal. Septembr. anno VII. regni Domini Ludovici Regis in Orientali Francia, indictione IV. Actum Heilicobrunno palatio regio, in Dei nomine feliciter Amen.

*Eiusdem  
super ele-  
tione Ab-  
batum no-  
strorum.*

## V.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduae Trinitatis. *Ludouicus* divina fauente gratia Rex. Si petitiones præsulum sanctæ Dei Ecclesiæ iustè & rationabiliter aures serenitatis nostræ petentium ad effectum perducimus, hoc nobis proculdubio ab æterna remuneratione præmia capessenda profuturum liquido credimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisq; præsentibus scilicet & futuris, qualiter vir venerabilis *Gotsbaldus Wirzburgensis* Ecclesiæ Episcopus, nostram adiens serenitatem, postulans ut fratribus in Monasterio *S. Mauritij* martyris Christi, vocabulo *Altahæ* consistentibus, qui nunc sub eius regimine Deo famulari noscuntur, post illius transactæ mortalis vitæ terminum, si calis frater inter illos inueniri poterit, qui fratris officio idonetur, & rationabiliter fungi valeat, eum eligendi nostra eis licentia tribueretur. Cuius petitioni aurem mansuetudinis nostræ accommodantes hoc ita perdonasle per præsentem auctoritatem nostram omnium fidelium nostrorum cognoscat magnitudo, ita tamen ut præfatum est, si talis secundum regulam *S. Benedicti*, aptabilis & idoneus, tam in moribus, quam in scientia, seu cæteris bonis ornatus ad seruum Dei omnipotentis ibi inuenitur, per præfati venerabilis Episcopi petitionem & amorem assensum præbemus, vt eos melius delectet et pro nobis proleque nostra, & pro statu totius regni nostri Domini misericordiam attentius exorare. Et ut hæc nostræ largitionis auctoritas maiorem obtineat vigorem, manu propria nostra subtus firmauimus, & annuli nostri impressione assignari iussimus. Datum 8. Idus Martij, Anno proprio Christi, 14. regni Domini Ludovici glorioissimi Regis in Orientali Francia, indictione 12. Actum Regensburg ciuitate Regia, in Dei nomine feliciter Amen.


*Eiusdem sa-  
perspitz.*

## VI.

**I**N nomine Domini nostri Iesu Christi Dei Omnipotentis. *Ludouicus* divina fauente gratia Rex Baivariorum. Si igitur erga loca diuinis cultibus mancipatae

propter amorem Dei, eorumq; in eisdem locis sibi famulantibus beneficia opportuna largimur, præmium nobis apud Dominum in æterna beatitudine recipere confidimus. Proinde notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisq; præsentibus scilicet & futuris, quia vir venerabilis *Gozbaldus* taceri patet nostri summus Capellanus, & Abbas Monasterij quod dicitur *Altaha*, quod est construtum in honore *S. Mauriti* martyris Christi, adiens excellentiam nostram innotuit clementiæ nostræ, qualiter postquam terra *Anavorum* ex parte ab auro nostro Domino *Carolo* Imperatore capta fuisset, ipsius permisso atque consensu quædam res in ipsa *Marcha* ad ius regium pertinentes eidem monasterio collatae fuissent, quas etiam usq; nunc prædictum possedit Monasterium. Sed quia auctoritas traditionis exinde minime apparebat, deprecatus est idem *Gotsbaldus* Abbas, ut nostræ auctoritatis largitionem atque confirmationem eidem daremus monasterio, per quam ipsas res in posterum prædictum monasterium, eiusq; rectores absq; cuiuslibet impedimento aut contradictione tenere & dominari potuerit. Cuius depreciationem propter diuinum amorem & reverentia ipsius sancti loci libenter annuimus, & ipsas res perpetuo possidentas solenni datione eidem concessimus monasterio, id est locum, qui nuncupatur *Wachaua*, qui terminatur à fonte riuiuli, qui vocatur *Mysrica*, usq; ad eum locum ubi ipse *Danubium* influit, ac deinde tendit sursum in ripam *Danubij* usque in *Bochbach*, & ultra *Bochbach* mansum unum, & inde iuxta *Bochbach* sursum usque in verticem montis, qui nuncupatur *Ahornica*, nec non & alium locum, nuncupatum *Accusbach* iuxtaripam *Danubij*, cuius mensura est in longitudine milliarum unum, & in latitudine similiter, nec non & campum unum qui continet mansum unum, quem interiacet cauta Fisingensis Ecclesiæ. Has itaq; res cum mancipiis, domibus, ædificiis, vineis, terris, sylvis, pratibus, paucis, aquis, aquarumque decursibus, quantumcunq; infra terminia prædicta de eisdem rebus continetur, totum & ad integrum, in ius & dominationem prædictæ Ecclesiæ perpetualiter ad habendum conferimus. Ita videlicet, ut quicquid de ipsis vel in ipsis rectores vel ministri supra memorata sedis ob utilitatem & commoditatem ipsius Ecclesiæ facere vel iudicare voluerint, liberam habeant in omnibus potestate faciendi quicquid elegerint. Et ut hæc auctoritas largitionis atque confirmationis nostræ per curricula annorum in uiolabilem atque inconuolum obtineat firmatatem, manu propria subitus firmauimus, & annuli nostri impressione signariuissimus. Ad alleod. Diacon. advicem Gozbaldi recognoui. Datum prid. Non. Octobr. anno Christo propitio decimo septimo Regalis Imperij Domini Ludouici serenissimi Aug. an. V. regni nostri, Indict. nona, Aët. in Regensburgh ciuitate. In Dei nomine feliciter Amen. Signum Dñi Ludouici.

Serenissimi Regis



VII.

IN nomine sanctæ & indiuividuæ Trinitatis. *Ludouicus* diuina fauente gratia Eiusd. De  
licentia co-  
metandi.  
Rex. Si petitionibus præsulum ac seruorum Dei iuste & rationabiliter petentiū aures serenitatis nostræ accommodamus, hoc nobis proculdubio à remuneratore omniū in æterna beatitudine credimus adfuturum. Quapropter nō uerit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumq; præsentium scilicet & Metrop. Salisb. Tom. II.

B futu-

futuorum industria, quia vir venerabilis *Gotzbaldu* *Virburgensis* Episcopus necnon & rector monasterij, cui vocabulum est *Altaha*, nostram adiit celsitudinem, deprecans, vt sibi nostrae munificentiae præceptum fieri iuberemus, vt ubi cunq; inuenire posset aliquas res & mancipia, quæ à nobilibus hominibus aptius & congruentius suo monasterio commutare valeret, nostræ benignitatis auctoritate sibi successoribusq; suis & aduocatis eorum licentia commutandi tribueretur. Et contra quæ à parte illius monasterij dantur his, qui cum eis cōmutare voluerint, ratâ & stabilē perpetuo comutationem fieri, hac auctoritate nostra decerneremus. Cuius petitioni, quia iuste & rationabiliter inde nostrâ mansuetudinem hortatū est, sicut vnicuiq; fidelium nostrorum rationabiliter petentiū aurem benignitatis nostræ accommodamus, ita istius petitionem ad effetum dignum duximus, statuentes, vt deinceps, quicquid pro utilitate iam dicti monasterij præfatus Ep̄s successoresq; illius & aduocati illorum cōmutauerint, in mancipiis cæterisq; rebus, syluis, seu etiā territoriis, per hanc nostræ benevolentiae concessionem firmum & inconuulsum perpetuo permaneant. Et vt nulliliceat illam comutationem infringere vel irrumperet, aut infestare, sed, vt diximus, quicquid pars altera alteri dederit stabilitatem & incontaminatum futuris temporibus confiscat. Illud tamen omnimodis præcipientes, vt cum maxima cautela & diligentia consideretur, ne peius aut deterius vel minus in ullo isto negocio parti & potestati præfato monasterio ex illa comutatione proueniat. Et vt hæc nostræ concessionis auctoritas firmiorem atq; diuturniorem obtineat vigorem, & à cunctis fidelibus, sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisq; melius credatur, & diligentius conseruetur, manu propria nostra subitus firmaimus, & annuli nostri impressione signari iussimus. Data XI. Cal. Aprilis, Anno Christo proprio 19. regni Domini Ludouici gloriosissimi Regis in Orientali Francia. Indict. 14. Actum Ratificatione, In Dei nomine feliciter Amen.

## VIII.


*Risfd. De  
Emuni.  
date & su-  
refactio re-  
gula.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Ludouicus* diuina fauente gratia Rex. Si liberalitatis nostræ munere res sanctæ Dei Ecclesiæ, & loca diuinis cultibus mancipata peradpetitiones fidelium nostrorum nostro releuemus iuamine, atq; regalis tuemur munimine, præmium inde nobis apud Dominū æternæ remunerationis proculdubio rependi non diffidimus. Proinde nouerit omnium fidelium nostrorum tam præsentium scilicet quæ & futurorum industria qualiter vir quidam *Otgarius* quem nos quidē ad Monasterium nomine *Altaha*, quod in honore S. *Mauritij* martyris Christi est constructum, Abbatem esse statuimus, obtulit obtutibus nostris non solum auctoritatem emunitatis beatæ memoriae *Caroli* aui nostri Augustissimi Imperatoris, sed & *Tassilonis* quondam Ducis in Ducatu Baioarico super eadem re literas ostendit, in quibus continebatur insertum, quod præfatum monasterium sub suo nomine & defensione cum cellulis & locis sibi subiectis rebus & hominibus & omnibus illic pertinentibus haftenus ab inquietudine iudiciorum & potestatis munitum atq; defensum firmissime fuisset. Vnde etiam pro rei firmitate suggestit vir prænominatus clementia nostræ vt paternum seu prædecessorum nostrorum Regum videlicet monrem sequentes, huiusmodi nostræ emunitatis præceptum ob amorem Dei & reverentiam ipsius sancti loci circa ipsum monasterium conscribere iuberemus. Cuius petitioni libenter acquiescentes hoc emunitatis nostræ præceptum erga ipsum monasterium gratia tuitionis & defensionis, ac pro diuini cultus amore, nec non & animæ nostræ conscribi decreuimus, per quod firmiter & omnibus modis imperamus, vt nullus iudex publicus vel quislibet ex iudicia-



diciaria potestate, aut ullus ex fidelibus nostris, tam presentibus quam & futuris, neq; Comites, neq; Centenarij, neq; exactores in Ecclesiis aut loca vel agros, seu reliquias possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra dicti regni nostri iuste & legaliter tenerat ac possideret, vel etiam in ea, quæ in iure ipsius monasterij voluerit diuina pietas augeri, ad causas audiendas, vel \* feda & tributa exigendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius monasterij tam ingenuos quam seruos, sclavos & accolas super terram ipsius commandentes, nec iuste nec iniuste distringendo, & nullas redhibitiones vel mansiones aut paratas faciendas aut illicitas occasiones requirendas, nostris nec futuris temporibus ingredia audeat, nec ea quæ supra commemorata sunt, vlo vñquam tempore exigere presumat, sed liceat memorato viro suisque successoribus res praediti monasterij cum omnibus rebus sibi subiectis & hominibus, tam ingenuis quam seruis, cuiuscunque sint nationis, atque omnibus ad se pertinentibus vel aspicientibus, sub tuitionis atque emunitatis nostræ defensione, remota totius iudiciorum potestatis inquietudine, & vulgari appellatione quieto ordine ac tranquilla securitate possidere. Et aduocati ipsius Ecclesiae omnem causam inquirendam & discutiendam ipsidi iudicent, & finiant, & quicquid de praefatis rebus Ecclesiae iustifici exigere poterat in integrum praedito viro Ottario, suisque successoribus concessimus, scilicet ut perpetuo tempore ei ad peragendum Dei seruitium augmentum & supplementum fiat. Et ut hæc auctoritas emunitatis per futura tempora à cunctis fidelibus nostris melius conseruetur, veriusque credatur subtus eam manu propria nostra firmauimus, & impressione annuli nostri assignari iussimus.

Signum Hludouici



Serenissimi Regis

Hildeberdus Subdiaconus ad vicem Grunoldi Archicapellani recognouit  
Data XI. Kal. Maij anno XXV. regni Hludouici serenissimi Regis, in  
Orientali Francia regnantis, Indictione V. Actum in villa Potamo, in Dei no-  
mine feliciter Amen.

Incidit in annum Christi 898. secundum Ateni. & Metrop. Salzburg. & eiusdem Ludouici donatio  
num super Ingolstat, que anno ipsius regni septimo, sic Christi anno 850. data, adde 18. & finit 868.

## IX.

**I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Ludouicus* diuina favente gratia  
Rex. Si enim ea quæ fideles regni nostri pro eorum opportunitatibus nos  
deprecatis fuerint, imple & studuerimus, non solum regium morem decenter im-  
plemus, verum etiam eos procul dubio fideliores & deuotiores in nostro effi-  
cimus seruitio, & ad æternam vitam feliciter obtinendam profuturū liquido  
credimus. Quapropter cōperiat omniū fidelium nostrorum præsentū scilicet  
& futurorum solertia, qualiter *Bribinus* fidelis Dux noster veniens in proctum  
nostrorum præsentiam postulauit serenitatem nostram, ut de rebus proprietas  
sue, quas ei in proprietatem concessimus, sicerete partem aliquam ob-

*Metrop. Salib. Tom. II.*

*Lud. Tre-  
dicto BR.  
BINI Dis-  
tin ad Salis-  
piugita.*

memoriam eius dare ad S. Mauritium, & ad Monasterium nostrum Altaha cui tempore illo Abbas Ottgarus p̄æcile videbatur & rector, cuius petitioni libenti animo assensum præbentes decreuimus ita fieri. Dedit itaque Brilius fidelis Dux noster cum consensu & licentia nostra ad præfatum Monasterium S. Mauriti martyris Christi de sua proprietate in suo Ducatu quicquid habuit ad Salapiugiti inf. à terminos istos. In Orientem ultra Salam fluuiolum usque in Slouenzim Marchan & Steremaren, & sic sursum per Salam vijs ad Waltunge-Puck, & sic inde usque in Harbagisreit, & ad Chiristetin. Postea vero priuatus fidelis Abbas noster Ottgarus de precastus est celistudinem nostram, vt easdem res per nostræ auctoritatis præceptum confirmassemus. Cuius petitioni ob honorem Dei & S. Mauriti militis Christi, & bonum illius seruitium libertati animo assensum præbuvimus. Et hoc einostræ auctoritatis præceptum fieri iussimus, per quod decernimus atque iubemus, ut sicut prædicti termini in predictis locis diffinitissime, ita deinceps ad iam dictum monasterium per hoc nostræ auctoritatis præceptum ipsæ res nullo inquietante Deo auxiliante perpetuis temporibus consistant in proprium. Etythæc auctoritas nostra largitionis firmior habeatur, & per futura tempora à fidelibus nostris verius credatur, & diligentius obseruetur, manu propria nostra subr̄us eam firmauimus, & annuli nostri impressione roborare iussimus. Data 10. Cal. Martij. Anno Christo propitio 28. regni Domini Ludouici serenissimi Regis in Orientali Francia regnantis. Indictione 8. actum Regensburg ciuitate regia. In Dei nomine feliciter.

*f. diffiniti  
junt*

## X.

*Eiusd. su-  
per CHVN-  
ZEN.*

**I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ludovicus diuina fauente clementia Rex. Si loca diuinis cultibus consecrata nostro releuemus iuuamine, & augmentum illis in rebus transitoris impendimus, hoc nobis procul dubio profuturum esse liquido credimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisq; præsentibus scilicet & futuris, qualiter nos ob petitionem Eginulfi fidelis nostri quasdam res proprietas nostræ, quas quondam Reginbertus & Reginolf pater suus seruus noster possidens incolebat, ad Monasterium quod vocatur Altaha, cu Otgarus Abbas & rector præcile constituitur, ad proprium dedimus, datumque in perpetuum mansurum esse volumus. Quicquid Reginbertus prædictus, & Reginolf pater suus seruus noster de nostro iure habere visus fuit. Suntautem ipsæ res in coniacentibus terminis prope monasterium Altahain pago. Quinzingouue situm, in territorio quod est inter Sveinaha & Monasterium Altaha contiguum. Sed pro integra firmitate petit præfatus Otgarus nostræ auctoritatis præceptum super hac re sibi conscribi, cuius petitioni libenter annuimus, & hoc præceptum nostræ donationis scribere iussimus, per quod præcipientes imperamus, vt res superioris comprehensa, iure firmissimo in potestate eiusdem Otgari successorumque ipsius perpetualiter sine ylla contradictione inconuulse permaneant. Et quicquid inde elegerit faciendum, plenariam deinceps & liberam faciendi potestatem habeat. Et ut hæc auctoritas nostra largitionis firmiorem obtineat vigorem, veriusque creditur, atque diligentius obseruetur, manu propria nostra subr̄us eam firmauimus, & sigilli nostri impressione assignari iussimus. Data 15. Cal. Septembr. Anno Christo propitio 23. regni Ludouici serenissimi Regis in Orientali Francia regnantis. Indictione 5. Actum in ciuitate Ratipona, in Dei nomine feliciter. Amen.

XI. IN



**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Ludonicus* diuina fauente gratia  
Rex. Si liberalitatis nostræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus  
beneficij, & necessitates Ecclesiasticas nostro reueamus iuuamine, atque regali  
tuemur munimine, id nobis & ad mortalem vitam temporaliter transigendam,  
& ad æternā feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter  
comperiat omnium fidelium nostrorum, præsentiu scilicet & futorum soler-  
tia, qualiter venerabilis Abbas noster *Otgarius* adiit celitudinē nostram, humili-  
ter implorans, ut quasdam res proprietatis nostræ ad monasterium quod voca-  
tur *Altaha* constructum in honore *S. Mauriti* in proprium concedissem. Nos  
itaq; petitioni ipsius libenti animo assensum præbuimus, & concessimus quasdam  
res proprietatis nostra ad monasterium *Altaha*, id est villam quæ vocatur *Na-*  
*vavrinida* iuxta riuum *Trebinam*. Admonuit etiam celitudinem nostram  
prædictus Abbas, qualiter Dominus Aius noster *Carolus* licentiam tribuit suis fi-  
delibus in augmentatione rerum Ecclesiasticarum Dei in *Pannonia* carpere &  
possidere hæreditatem, quod per licentiam ipsius in multis locis, & ad istud etiā  
monasterium factum esse dinoscitur. Fuerunt namq; in vestitura prædicti mo-  
nasterij quedam loca nomine *Scalcobach*, sicut ipsis riulus fluit in occidentalem  
partem usque in *Dagodeos Marcha*, & inde in Orientalem plagam usq; in *Kyzara*  
*Marcha*, atq; in eum locum quem vocat *Cidalaribach* in saltu *Enisa* fluuij, qui con-  
iaceat inter *Danubium* & *Iysam*, atq; *Hurslam* in meridianam partem, usq; in ver-  
ticem montis & ad *Biugen* mansos quinque & quicquid ad prædictas villas per-  
tinet, hoc est in mancipiis, ædificiis, terris, cultis & incultis, vineis, pratis, syluis,  
venationibus, pascuis, aquis, aquarumque decursibus. Licet itaque fuiscent in  
vestitura prædictæ res ad præscriptum monasterium, tamen ibi non erant con-  
firmatae per illius auctoritatis præceptum. Qua de re commoniti hos nostræ au-  
toritatis apices fieri iussimus, per quos decernimus atq; iubemus, ut prædictæ  
rescum omnibus prænominatis ad præscriptum monasterium *Altaha* in nostra  
eleemosyna atq; in remedio animarum antecessorum nostrorum in uiolabili-  
ter perennis temporibus permaneant, nullo contradicente. Et ut hæc auctoritas  
nostræ largitionis firmior habeatur, & per futura tempora à fidelibus nostris ve-  
rius credatur, & diligentius obseruetur, manu propria nostra subitus eam firma-  
vimus, & annuli nostri impressione assignari iussimus. Data 16 Cal. Iulij, an-  
no Christo propvio 31. regni Domini Ludouici serenissimi Regis in Orientali  
Francia regnantis. Indict. 10. Actum *Ostermutinga* villa regia, in Dei nomine fe-  
liciter.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Ludonicus* diuina fauente gratia  
Rex. Oportet igitur nos, qui diuino sumus munere quodammodo præ cæ-  
ris mortalibus sublimati, eius in omnib. parere præceptis, cuius clementia præ-  
lati sumus, atq; cuius præcellimus munere, loca vti vnquam sibi sacrata per adpe-  
titiones fidelium nostrorum nostro reueari iuuamine, atq; regali tueri munimi-  
ne, atque in eis qui ibi Domino famulantur, munificentiam nostræ largitionis  
clementer impendere quoniam sit nobis & ad mortalem vitam temporaliter  
transigendam, & ad æternam feliciter obtinendam profuturum, liquido credi-  
mus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet  
& futorum solertia, qualiter venerabilis *Otgarius* Abbas & vocatus Ep̄s adiit cel-  
itudinē nostrā deprecās, ut ob mercedis nostrę augmentū, loca quædā pertinē-  
Metrop. Salisb. Tom. II.

Eiusd. fecit  
per N. d.  
V. W. V. N.  
D. A.

Eiusd. fecit  
Per OP. A.  
RINH. V.  
S. A. cum  
alii plurimi  
bms.

tia ad suum Monasterium *Altaha*, quæ ille vñā cum communi concilio fratrum ad illorum vsus necessarios deferuire constituit, nec non etiam quæ antea habuerunt, quorum locorum nomina hic subtus tenentur, inscripta, per nos træ auctoritatis præceptum eis perpetualiter habere concederet. Cuius petitioni ob amorem Domini nostri Iesu Christi libenti animo assensum prebentes, ita decreuimus fieri. Concessimus itaque præscriptis fratribus consistentibus in Monasterio *Altaha* ad illorum vsus necessarios res, quas antea habuerunt in istis locis, quorum nomina sunt, *Buehofen, Heidolsinga, Oparinhusa, Bogama* cum *Ansolinga, Vrbach, & quæ illuc pertinent cum Schellmaha, Mülikeim*. Nec non etiam eas res, quas venerabilis *Otgarius* Abbas ibidem ad illorum vsus necessarios postea per nostram licentiam adauxit in istis locis, quorum nomina sunt, *Altdorf* cum *Nienhusa* & ad *Walde*, post obitum *Odali*, *Zullinga, Usterlinga, Smidaha* cum decem vineis ad *Wahouue*, ad *Boubha*, post obitum *Slemari*, & loca quæ *Richoui* & *Richardo* ad obedientiam commendata sunt post obitum amborum. Et quod *Heribertus* habuit, post obitum eius & coniugis suæ, atque tertiam partem salis ad *Salinas*, & si deinceps aliquis res suas ad præfatum Monasterium tradiderit, in prædictorum fratrum redigatur seruitium. Has itaq; præscriptas rescum omni integritate in prædictorum fratrum seruicio perpetualiter per hoc nostræ auctoritatis præceptum plenius in Dei nomine confirmatum permanere concedimus, ea videlicet ratione, ut nullus ex successoribus nostris inde quipiam auferre præsumatur, neque Abbas, neque alia qualibet opposita persona, sed absque alicuius molestia vel inquietudine eadem res, ad illorum seruitium perpetualiter habeant, teneant, atque possideant. Reliquæ vero res vbiunque sint pertinentes ad Monasterium *Altaha* sub dominio & gubernatione Abbatis existant, quem ipsi fratres secundum regulam S. *Benedicti* elegerint. Et vt hæc auctoritas nostra Largitionis firmiter habeatur, & per futura tempora à fidelibus nostris credatur, & diligentius obseruetur, manu propria nostra subtus eam firmauimus, & annuli nostri impressione assignari iussimus, nec non permanens *Carlomani* roborari fecimus, Data 15. Cal. Ian. Anno Christo propitio 33. regni Domini *Ludouici* serenissimi Regis in Orientalia Francia regnantis. Indictione 12. Actum *Altaha* Monasterium, in Dei nomine feliciter.

## XIII.

*Carolus Cal-*  
*us super*  
*Winchilin-*  
*ga, Tun-*  
*dorf &*  
*OETT-*  
*LINGA*


IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Carolus Calvus* diuina fauente clementia Imperator Augustus. Notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus nostrisque præsentibus scilicet & futuris, qualiter nos cuidam monacho nomine *Richo* ex monasterio quod dicitur *Altaha*, & cuidam præscripto nomine *Richart*, beneficium quod ab eodem monasterio vñi sunt habere diebus vita illorum, sub vñu fructuario in proprietatem concessimus, hoc est in villa *Winchilinga* & *Tundorff* & in *Oettelinga* & *Schwleinaha*. Ideoq; hoc nostræ auctoritatis præceptum eis inde conscribi iussimus, per quod decernimus atque iubemus, vt præfati homines *Richo* & *Richard* prædictas res diebus vita illorum sub vñu fructuario teneant atque possideant. Post illorum vero obitum ad eundem Monasterium cum omni integritate earum reuerrantur, ad luminaria facienda, & ad stipendia fratrum ibidem Deo famulantum. Et vt hoc nostræ auctoritatis præceptum verius credatur, & diligentius obseruetur de annulo nostro subtus iussimus insigniri. Data 4. Non. April. anno ab incarnatione Domi-

Domini 883. Indict. I. anno Imperij Caroli Imperatoris 3. Actum in Regensburg,  
in Dei nomine feliciter, Amen.

## XIV.

**I**n nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. **A**rnulfus diuina fauente gratia Arnolfi Re-  
**R**ex. Si pauperum nostrorum deuotè fideliterque die ac nocte nobis seri i-<sup>21. super</sup>  
entium curam gerimus, præmia vitæ æternæ inde nobis prouenire minime du-<sup>SD MPLE-</sup>  
bitamus. Quapropter omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet &  
futurorum cognoscat prudentia, qualiter nos rogarū & deprecatione pro-  
rum fideliorumque nostrorum, seu etiam pro merito assidui & fidelis seruitij  
sui, cuidam artifici nostro **C**oprech<sup>t</sup> quasdam res proprietatis nostræ in propri-  
um concessimus, hoc est in Comitatu **Cuniberti**, in pago **Thuonahgovve**, in lo-  
co **Symplichio**, quicquid **Wichad** & **Batto** & **Nanzo** antea, & iste haec tenus in bene-  
ficium ibi habuerunt, totum ei in proprium donauimus, cum curtibus & æ-  
dificiis, cum mancipiis omnibus utriusque sexus, cum terris, agris, campis, cul-  
tis vel in cultis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, molinis,  
vel molinarum locis, punctionibus, viis & in viis, exitibus & regressibus, mobi-  
libus vel immobilibus, quæstis vel inquirendis, & cum omnibus iustè & legitime  
ad ipsum locum, quem præfati homines, & iste memoratus **Coprech<sup>t</sup>** ibi in  
beneficium habuerunt, pertinentibus, vel aspicientibus in perpetuam proprie-  
tatem, per hoc præsens auctoritatis nostræ præceptum donamus & tradimus,  
ut ab hodierna die de his omnibus securam & firmissimam habeat potestatem  
tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid sibi placuerit facien-  
di. Et ut hoc verius credatur, & diligentius conseruetur, manu propria nostra  
subtus eam firmauimus, & sigillo nostro assignari iussimus.

Signum Arnulfi



Serenissimi Regis.

Data 17. Cal. Maij, anno Dominicæ incarnationis. 890. Indict. 7. anno au-  
tem tertio regni Domini Arnulfi Serenissimi Regis. Act. Regensburg, in Dei no-  
mine feliciter, Amen.

## XV.

**I**n nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. **A**rnulfus diuina fauente gratia Eiusdem,  
**I**mperator Augustus. Nouerit omnium sanctæ Dei Ecclesiae fidelium no-<sup>super san-</sup>  
strorumque, tam præsentium scilicet quam futurorum sagacitas, quia nos per **peScrubin-**  
interuentum venerabilis ac dilecti Episcopi nostri **Engelmar**, cuidam fideli o-<sup>gam.</sup>  
perario nostro nomine **Coprech<sup>t</sup>** quasdam res proprietatis nostræ in proprium  
concessimus, hoc est in pago **Tuonehgovve**, in Comitatu **Paponis** Comitis nostri, in  
loco nuncupato **Strubinga** concessimus ei Hubam, quam seruus noster **Tati** mi-  
hi habere visus est, cum omnibus iustè & legitime illuc pertinentibus ædificiis,  
terrulis, agris, cultis & in cultis, campis, pratis, pascuis, syluis, viis & in viis, a-  
quis, aquarumue decursibus, exitibus & creditibus, quæstis vel inquisitis, to-<sup>inquirēdit</sup>  
tum quicquid ipse **Tati** ibi habere dignoscitur, per omnia, nihil extra dimit-  
tentis, quin sibi in proprietatem traderemus. Et iussumus ei inde hanc no-  
stra

Stram scribi auctoritatem, per quam volumus firmissimeq; iubemus, ut iam dictus Copertus de supra nominatis rebus omnibus licentiam ex nostra habeat donatione præscriptam causam sibi tenendi, donandi, tradendi, commutandi, vendendi, vel quicquid sibi placuerit faciendi sine ullius contradicentis obstaculo. Et ut hæc donationis vel largitionis nostræ auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora à cunctis fidelibus nostris verius ac certius credatur, ac diligentius obseruetur, manu propria nostra subtus eam firmauimus, & annuli nostri impressione assignari iussimus. Data 3. Non. Maij, anno Dominicæ incarnationis 898. Indict. 15. anno vero regni Domini Regis Arnulfi 10. Imperij 2. Actum ad curtem Feldei, in Dei nomine feliciter Amen.

## XVI.

**I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis *Ludouici* diuina auente gratia Rex. Siloca diuinis cultibus mancipata liberalitatis nostræ iuuamine releuemus, & erga ea paterno more benevolentiam nostram ostendimus, mansura nobis gaudia inde prouenire posse non dubitamus. Idcirco notum esse volumus cunctis sanctæ Ecclesiæ fidelibus tam præsentibus quam futuris, quoniam nostris innocentia auribus, quasdam res de monasterio *S. Mauriti* quod dicitur *Altaha*, in loco *Bucinbara* in *Svainabgorve* constituto, per quorundam prauam machinationem, & iniquam subreprionem esse abstractas, quamuis eiusdem domus Dei aduocatus nomine *Heriold* eas iuramento facto ad idem monasterium rite pertinere debere affirmando comprobaret. Sed ne per huiuscmodi iniquitatem vel maleuolorum fraudulentiam idipsum Cœnobium præscriptis rebus falsitatis ingenio ininstre priuaretur, per honorabiles Dei seruo: *Erohanboldum*, *Zachariæ*, *Tutonæ* videlicet, & *Burchardum* Episcopos, *Luitboldum* quoq; *Sighartum* atq; *Iringum* Comites, ceterosq; natu maiores & consiliarios nostros fideliter admoniti, pro beatæ memorie præcessorum nostrorum æterna liberatione, animæq; nostræ remedio predictum locum, id est *Bucinbara* cù attinentiis suis per hanc nostræ authoritatis paginam in ius & dominium memorati monasterij reddimus, tradimus atq; confirmamus, ea duntaxat ratione, ne quisquam omnino temeraria præsumptione aliquam infestationis molestiam ipsi monasterio eiusq; prouisoribus pro nisdé rebus vterius ingerere præualeat. Sed omni remota aduersantum inquietudine, & iniusta exactione per infinita mundi curricula, sub iure & dominatione eiusdem sacro sancti Christi martyris *Mauriti* securè eadem res ex integro per hoc præsens celstitudinis nostra præceptum consistant atq; permaneant. Et ut hæc confirmationis, atq; concessionis nostra nullo impediente, sed Deo auxiliante perpetuis temporibus in uiolabili stabilitate roboretur auctoritas, manus nostræ subscriptione eam confirmantes, annulo nostro iussimus insigniri. Data 17. Cal. Martij. Anno incarnationis Dominicæ 905. Indict. 4. anno vero septimo glorioosi Regis *Ludouici*. Actum Regino ciuitate In Dei nomine feliciter.

*Eiusd. Cō  
munitio  
OTLING  
Super S. M.  
PLICHAD-  
INI.*

**I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Ludouici* diuina auente clementia Rex. Omne scilicet quod inter duas partes sani consilij utriusque compendij diffinitum fuerit, prodeste propter exitanda futura maleuolorum iurgia conscriptionis vinculo obligare. Etideo cuncti fideles nostri, præsentes videlicet & futuri cognoscant, qualiter quidam liber homo nomine *Ioperht* per licentiam nostram & consensum *Tutonæ* venerabilis Episcopi tradidit proprietatem suam

## XVII.



suam quam habuit ad Strubingun & Simpliciam ad S. Mauritium hoc ad monasterium quod dicitur Altaha, complacitauit libi vxori que suæ Vastrade de rebus eiusdem matris locum Oetilinga inuncupatum, quamdiu viucent retinendum, quo peracto duas chartulas pari genore conscriptas inde fieri iuslimes hoc modo, in quibus continetur. Trahas it igitur quidam liber nomine Ioperht ad S. Mauritium proprietatem suam, quam habuit in duobus locis Strubinga & Simplicia nom. natis, cum aedificiis, curtibus, terris, pratis, palcuis, syluis, aquis, mojendinis, & omnibus ad eadem loca iure pertinentibus, cum mancipiis etiam decem sic nominatis Adalrich, Timo, Viotuni, Pero, Snelhart, Cringor, Gotalint, Irminisvint, Willobirch, Lijsker, in perpetuam proprietatem in manum videlicet Herigoldi Aduocati. Econtra vero iussu ex nostro, praesente iam dicto Episcopo, & ceteris fidelibus nostris eodemque Aduocato retradente, accepit idem Ioperht de rebus S. Mauriti locum qui dicitur Oetilinga cum Ecclesia & ceteris aedificiis, mansisque duobus & molina una, omnibusque mancipiis ad idem beneficium pertinentibus, exceptis eis, si qua in curte aliqua ad opus nostrum pertinente utiliter coniuncta fuerint. Vt hoc potestatue vtatur usu fructuario, usque ad obitum suum, & Vastrada vxoris suæ. Post discessum vero amborum, utraque res, id est proprietas, quam dedit, & beneficium quod accepit, in ius & potestatem praedicti monasterij cum omni integritate redcant, nullo obstante, nemine contradicente. Iuslimes enim hoc præsens regalitatis nostræ præceptum exinde conscribi, vt eadem complacitatio ita per omnia semper firma & incorrupta, sicut hinc & in chartis habetur, persistat. Et vthæcautoritas nostræ inuolabilem obtineat stabilitatis firmitudinem, & à cunctis fidelibus nostris verius credatur, & diligentius obseruetur, manu proprio nostra subtus eam roborantes, annuloque nostro iussimus sigillari. Data III. Cal. Maij anno Dominiæ incarnationis 905. Indict. 8. Anno vero regni p[re]ij Regis Ludouici 7. Actum Regina ciuitate, in Christi nomine feliciter.

## XVIII.

**I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Heinricus diuina fauente clementia  
Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris, quæ  
liter hos pium Godehardi Abbatis intendentis petitionem, quia nobis fideliter  
seruuit, et dignus quem beneficiaremur fuit, quandam nostri iuris aream infra  
muros urbis Ratiffonensis sitam, habentem in latitudine pedes 40. & in longitu-  
dine pedes 80. quæ ex una parte plateæ quæ ducit ad flumen, ex altera vero par-  
te areæ cuiusdam hominis nomine Ruori collimat, Monasterio S. Mauriti, cui  
idem venerabilis Abbas in loco, qui dicitur Altaha præesse dinoscitur, iure per-  
petuæ retinendam per hoc regale præceptum contulimus, cum terminis suis,  
exitibus quoque & redditibus, siue cæteris, quæ quolibet modo vocari iustæ &  
legaliter possunt, appenditis, ea ratione, quatenus præfatus Abbas Godehardus,  
siue successores eius, liberam deinceps de eadem area habeant potestatem pos-  
siderendi, vel quicquid pro utilitatibus Monasterij illis libeat potestatue faciendi.  
Ecce vthæcautoritas traditionis stabilis & inconuisa permaneat, manu  
propria eam roborantes sigillari nostra imagine iussimus. Data III. Idus Iulij,  
anno Dominicæ incarnationis millesimo secundo, Indict. XV. Anno vero Do-  
mini Heinrici Regis primo. Actum Babenburgh.

Heinricus II.  
siue sancti  
super A.  
RE A R A.  
TISBO-  
NEN.

## XIX. IN



**I**n nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina sauente clementia  
**Rex.** Quia si piis Dei famulantibus flagitationibus accommodamus benignum  
 auditum summæ salutis inde prouenire nobis incunctanter credimus remediū.  
 Idecirco omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium præsentium & futurorum noue-  
 rit religiositas, quoniam tam animæ nostræ consulentes, quam etiam dilecti no-  
 strí *Godehardi* Abbatis petitionibus obtemperantes, venerabilem *S. Mauritiū* mar-  
 tyris Abbatiam *Altaha* nuncupatam, sub nostræ defensionis *Mundiburdium*, ac  
 tuitionem cum omnibus eidem præfata Abbatia aliquo modo adhaerentibus,  
 villis vero *Iserahoff*, *Suarzaha*, *Ceda*, *Gunzina*, *Municbdorff*, *Puehoff*, *Oberanhau*,  
*Vsterlingen*, *Gotzzolting* *Otilingen*, *Riecherisdorff*, *Balthening* a nuncupatis, seu etiam  
 cæteris cuiuslibet utilitatis comoditatibus, familiis, tributis, tributariis, rebus  
 mobilibus & immobilibus, viis, inuisis, sylvis, laginis, aquis, pescationibus, molis,  
 molendinis, pascuis, compascuis, siue apium pascuis, quæsitis & inquirendis, nec  
 non iusta acquisitione eidem præfatæ Abbatia pertinentiis. Præcipientes igit-  
 tur regali summitate edicimus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes,  
 Schuldasio, Scapio, seu aliqua magna vel parua persona eundem iam dictum  
 Abbatem suosq; successores, præscriptis rebus inquietare, molestare, vel disiu-  
 stare præsumat. Si quis verò huius præscripti nostri, quod absit, violator exte-  
 rit, sciat se compositurum auri optimi libras centum. Quod ut verius credatur,  
 diligenterusq; ab omnibus obseruetur, hanc chartam inde conscriptam manu  
 propria roborantes, sigilliq; nostri impressione iussimus insigniri. Data VI. Cal.  
 Febr. Indict. II. Anno Dominicæ incarnationis MIV. Anno vero Domini *Hein-  
 rici* II. Regis III. Actum in *Altetel*. In Dei nomine feliciter Amen.

## XX.

**Einsl. su-**  
**per FLINN-  
 SPACH.** **I**n nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina sauente clementia  
**Rex.** Regalis enim excellentiæ deceat maiestatem, rationalibus sibi à Domino  
 supplicationibus misericorditer concedere perpetrationem, quatenus eorū al-  
 fidius precibus & seculariter tranquillitorq; & aeternaliter cælestis brauij dia-  
 mate coronetur. Quocirca vniuersalis fidelium nostrorū præsentium scilicet  
 & futurorum nouerit industria, qualiter quidam venerabilis *Godehardus* Abbas,  
 prouisor verò *Altabenis* monasterij celitudinem potentia nobis à Deo conces-  
 sæ, subiit, humiliter implorans, uti nos quandam villam *Flinspach* dictam, in pa-  
 go *Sveinichgonin* sitam, & in comitatu *Tiemonis* Comitis, olim prædicto mona-  
 stero suo pertinente, dolore non paruo tactus perdere quod iuste visus est ha-  
 bere, debere, eò restituere dignaremur. Cuius nos condigne petitioni, af-  
 sentiendum fore existimantes, eandem dictam villam nostra regali tradicio-  
 ne atq; pagina ad antedictum *S. Mauritiū* monasterium in *Altaha* constructum cō-  
 cedentes restituimus, restaurauimus, donauimus, atq; firmissimè subscriptentes  
 eò consolidauimus ad ædificandū, restaurandū, maceriandum præfatū mona-  
 sterium cū aliis Ecclesiis, cænobiumq; fratum, quia ob hoc prædictus Abbas re-  
 quisivit, quoniam terra arenosa est, macerieq; utilis. Tradentes igitur in propriū  
*S. Mauritiū* subscriptoque Abbatii nec non & suis successoribus quicquid inter  
*Winter* & *Hoffkirchen* videtur iacere, vel etiam ad antescriptum monasterium  
 inibi respicere cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus, terris, cultis vel  
 incultis, vineis, vinetis, molendinis, viis, inuisis, ædificiis, exitibus & reditibus,  
 sylvis, venationibus, pratis, pascuis, compascuis, siue apium pascuis, aquis  
 aqua.

equatumue recursibus, punctionibus, familijs vtriusque sexus, quæ sitis & inquirendis, seu omnibus quæ dici, vel scribi, intrinsecus seu extrinsecus possint, pertinentiis & utilitatibus. Et ut hæc nostræ traditionis auctoritas stabilis & inconulsa permaneat, hanc chartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli, nostri impressione insigniri iussimus. Data Nonis Nouembr. Indict. I. Anno Dominicæ incarnationis MV. Anno vero Domini Heinrici secundi Regis IV. Actum Verda in Dei nomine feliciter.

## XXI.

**I**n nomine sanctæ & individuæ Trinitatis *Heinricus* diuina fauente clementia <sup>Einsd. f. 11  
per HE.  
LINGER.  
SPERGE.</sup>  
Rex. Si quid nos Ecclesiæ Dei, vel in eisdem seruientes de nostris ditare studerimus, procul dubio immarcessibile præmium in futuro capessere credimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris præsentibus scilicet & futuris notum esse voluntum, qualiter nos æternæ vite desiderio inflammati, tam pro remedio animæ nostræ, quam parentum nostrorum, nec non & interuentu dilectæ coniectalis <sup>\*Genua</sup> nostræ *Chunigunda*, & pro dilectissimi Altahæsis Abbatis *Godehardi* gratissimo obsequio, eidem Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur, in usum monachorum inibi Deo famulantium, in Comitatu *Thiemonis* præsidis, prope monasterium in villa *Helingen* in perk dicta mercatum habenti Thelonium tam viantum quam nauigantium exigend: in perpetuum per hoc regale præceptum contulimus atque concessimus. Quod si qua persona eidem loco abstulerit, in futuro iudicio examinanda erit. Et ut hæc nostræ traditionis auctoritas stabilis & inconulsa permaneat manu propria eam roborantes sigillare nostra imagine iussimus. Data VII. Idus Iunij, Indict. VII. Anno Dominicæ incar. MIX. Anno vero Domini *Heinrici* Regis secundi regnantis VIII. Actum *Merseburg* feliciter Amen.

## XXII.

**I**n nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia <sup>Einsd. f. 11  
per MYN.  
DERI.  
CHING.</sup>  
Rex. Si Ecclesiæ Dei alicuius domi incremento ditare vel sublimare studuerimus, nobis id profuturum esse minimè dubitamus. Quapropter nouerit omniū Christi fidelium nostrorumq; industria, qualiter ob remedium animæ nostræ & interuentum dilecti Abbatis nostri *Godehardi* suum iuge deuotumq; seruitum inspicentes, monasterio suo *Altahæsa* dicto ad seruitum & ad usum fratrum Deo ibidem seruientium, in villa *Mundrichinga* dicta, unam Ecclesiam cum dotali manso, & duabus partibus decimationis, ad eandem Ecclesiam pertinentibus, & in villa eadem alium mansum cum mancipiis *Fridun* & uxore ipsius & filiis eorum; in *Siffinchen* autem tres mansos cum mancipiis in his habitantibus: in *Mangolingen* verò superius molendarium cum molendino, in pago *Worango*-*vve*, in Comitatu vero *Ruotherti* Comitis sitis, cum omnibus appenditiis sive utilitatibus, quæ dici aut nominari possunt, per hanc nostri præcepti paginam concedimus atq; largimur. Et de nostro iure ac dominio in eorum ius ac dominium omnium transfundimus, ea quippe ratione, ut prædictus Abbas suique sue <sup>f. omnia</sup> cessores, vna cum fratribus inibi Deo famulantibus, de prænominato bono eius vrensilibus dehinc liberam potestatem ad communem usum fratrum, quidquid eis libuerit faciendi, omnium hominū contradictione remota. Et ut hæc auctoritas nostræ donationis stabilis & inconulsa permaneat omni tempore, hoc præceptum inde conscriptum manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Data octa. Idus Aprilis, Indict. VII. an. ab incar. Domini MIX. Anno vero Domini *Heinrici* secundi regnantis VIII. Actu *Regensburg* Afn.

## XXIII. IN

*Eiusd. su-  
per APPA.  
TISDORF.* **I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Heinricus* diuina fauente clementia Rex. Siquid nos Ecclesias Dei vel in eisdem seruientes de nostris ditare studuerimus, procul dubio immarcessibile præmium in futuro capessere credimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris præsentibus scilicet atque futuris notum esse volumus, qualiter nos æternæ vitæ desiderio inflammati tam pro remedio animæ nostræ, quam parentum nostrorum, nec non & interuentu dilectæ coniectalis nostræ *Chunigundæ*, & pro dilecti Altahensis *Godehardi* gratissimo obsequio, eidem Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur, in vsum monachorum inibi Deo famulantium in Marcha & Comitatu *Heinrici* Marchionis, decem regales mansos inter hos terminos sitos, item in orientali plaga de illo vallo & duabus arboribus vulgo *Ieleuun* dictis, subtus villam *Abbadorf* dictam, vsque in fluvium Danubij, & in derursum in latitudine vsque in occidentalem plagam, ad terminum ministerij *Sigimares*, *Weride*, in longitudine verò, de *Danubio* vsque ad *Wagreim* ad Aquilonem terminantur, per hanc nostri præcepti paginam concedimus atque largimur cum omnibus appenditiis ad eosdem pertinentibus, areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, molendinis, pificationibus, venationibus, syluis extirpatis, vel adhuc extirpandis, seu cum omnibus, quæ dici aut nominari possunt, viensiliis, & de nostro iure ac dominio in eius ius ac dominium omnino transfundimus. Ea quippe ratione, ut prædictus Abbas, suique successores exinde liberam habeant potestatem tenendi, commutandi, vel quidquid eis in vsum prædictorum fratum agere libuerit. Et ut hæc nostra donationis auctoritas, omnium hominum contradictione remota stabilis & firma constet, hanc chartam ex nostra iussione conscriptam ac signatam propria manu subtus firmauimus. Data VII. Calend. Iulij. Indict. IX. Anno dominice incarnationis M. XI. Anno vero Domini Heinrici secundi regnantis X. Actum Regensburg.

## XXIV.

*Eiusd. su-  
per AB-  
STORE.* **I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Heinricus* diuina clementia fauente Romanorum Imperator Augustus.

Siquid Ecclesias Dei, vel in eisdem seruientes de nostris ditare studuerimus, procul dubio immarcessibile præmium in futuro capessere credimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris præsentibus scilicet & futuris notum esse volumus, qualiter nos æternæ vitæ desiderio inflammati, tam pro remedio animæ nostræ, quam parentum nostrorum, nec non & interuentu dilectæ coniectalis nostræ *Chunigundæ*, & pro dilecti Altahensis *Abbatis Godehardi* gratissimo obsequio, eidem Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur, in vsum monachorum inibi Deo famulantium, in Marcha & Comitatu *Adalberti* Marchionis decem regales mansos inter hos terminos sitos, ab occidentali videlicet plaga super villam, quæ *Alstorf* nuncupatur, de medio *Danubij* alueo vsque in riuulum, qui vocatur *Smidaha*, latitudine ad Orientalem plagam, longitudine vero contra *Wagreine* vergente in locis probabilibus vsique semper apertis. Insuper etiam paruulam insulam in *Danubio*, contra eandem villam iacentem, per hanc nostri præcepti paginam concedimus atque largimur cum omnibus appenditiis ad eosdem pertinentibus, areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, & compascuis, viis & inuiis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, pificationibus, venationibus, syluis extirpatis vel adhuc extirpandis, seu cum omni-

omnibus quæ dici vel nominari possunt vtilibus, & de nostro Imperiali iure, in eius ac dominium omnino transfundimus. Ea quippe ratione, ut praedictus Abbas sive successores, exinde liberam habeant potestatem tenendi, commutandi, vel quicquid eis in usum prædictorum fratrum libuerit. Et ut hæc nostræ donationis auctoritas omnium hominum contradictione remota stabilis & firma constet, hanc chartam ex nostra iussione conscriptam ac signatam manu propria subiicitur firmauimus. Data VII, Idus Aprilis, Indict. II, Anno Dominicæ incarnationis M XIX. Anno vero Domini Heinrici secundi regnantis XVII. Imperij anno VI. Actum Merseburg feliciter, Amen.

## XXV.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus diuinæ fauente clementia Rex.* Si Ecclesiasticis ædificationibus misericorditer subuenimus, à DEO misericordiam consequi indubitanter confidimus. Quapropter omnium Christi nostrorumq; fidelium tam futurorum quam presentium solers industria nouerit, qualiter nos pro amore diuino, & obiuge & nobis acceptabile seruitu*Heinrici III.*  
**R**atmundi Venerabilis Abbatis Ecclesie Altdæ dictæ, in honorem beati Mauriti*super dictæ mansi re-*  
*gatibus*  
*constructæ decem mansos regales circa flumen Zaiba dictum,* ab eo quidem loco ubi iuxta nostræ donationis & præceptionis mensuram præmium Sigefridi Marchionis certis limitibus terminatur, præceptali nostra auctoritate in proprium tradidimus, fitas in pago & in Comitatu Sigefridi Marchionis, cum omnibus suis appendiciis, hoc est areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, pratibus, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinisque, piscationibus, sylvis, venationibus, exitibus & redditibus, viis & inuisi, quæsitis & inquirendis, cum omni utilitate quæ vlo modo inde poterit prouenire. Ea videlicet ratione, ut prædictæ Ecclesiæ Abbas eiusque successores de praefato prædio liberam dehinc potestatem habent obtinendi, tradendi, commutandi, precariandi, vel quicquid illis ad usum Ecclesiæ placuerit inde faciendi. Et ut hæc regiæ nostræ traditionis auctoritas stabilis & inconuulsa omni tempore permaneat, hanc chartam inde conscriptam manu propria, ut infra videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Do-  
mini



Henrici tertij Re-  
gis inuictissimi.

Theodoricus Cancellarius vice Bardonis Archicancellarij recognoui. Data III. Non. Junij, anno Dominicæ incarnationis M XL V. Indict. XIII. Anno autem Domini Heinrici tertij ordinationis eius X VI. Regni vero VI. Aetum Ber-  
vich. In Dei nomine feliciter.

## XXVI.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus diuinæ fauente clementia Romanorum Imperator Augustus.* Ad communem regni nostri statum, & ad salutem animæ nostræ credimus multum proficere, quotiescumq; cōmonemur *Eius de sap.  
tribus re-  
galib.  
manif.*  
*C*utili-

vtilitatibus Deo famulantium prospicere; non dubitamus etiam animas parentum nostrorum nono tripudio in conspectu Dei gratulari, cum per nostram liberalitatem contingit defecus Monasteriorum aliquo modo meliorari, ut diuinā laudatio sine quærela possit celebrari, & ita sanctorum intercessio melius valeat obtineri. Quocirca nouerit omnium fidelium vniuersitas, qualiter nos diuinæ remunerationis spe incitati, interuentu etiam dilecta coniectalis nostræ Agnæ, rogatu quoque venerandi Ratisponensis Episcopi Gebehardi, Eichstadiensis quoque Præfusis Gebehardi, & Rathmundi venerandi Abbatis commoniti cuidam Monasterio Altahæ dicto in honorem S. Mauritiū gloriosi martyris constructo; ob fidèle seruitum eiusdem Abbatis concessimus tres Regales mansos nostri juris in Orientali pago iuxta flumen Suuarzha nominatum, à termino scilicet proprietatis, quam ibi possidet Vdalricus filius Tiemonis Comitis sursum per eundem fluuium pleniter mensuratos, cum omnibus appendiciis iure ad eosdem mansos pertinentibus, id est, Domatibus, agris, syluis, pratī, pascuis, aquis aquarumq; decursibus, molendinis, pescationibus, exitibus & redditibus, viis & inuiis, quæstis & inquirendis, & omnibus quæ quolibet modo inibi fieri possunt vtilitatibus, per hanc Imperiale paginam in proprium largimur, & perpetuo iure stabilimus, ea videlicet ratione, vt nulla potestas aliquam habeat potestatem præfata Ecclesiæ eandem proprietatem auferre, vel vsibus Fratrum Deo ibi sub monachica professione seruientium ullo modo abalienare, sed prædictus Abbas Rathmundus, eiusq; successores liberam exinde habeant potestatem, quidquid eis placuerit faciendi, ad vtilitatem duntaxat Fratrum Deo sanctoq; Mauritiū militantium, remota contradictione omnium hominum. Et ut hæc nostræ confirmationis & largitionis auctoritas stabilis & inconuulsa omni permaneat ævo, hoc præceptum inde conscriptum propria manu corroborante, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domini Heinrici

Tertij Regis in uictoriæ secundi

Romanorum Imperatoris Augusti.

Wintherius Cancellarius advicem Bardonis Archicancellarij recognoui.  
Data VI Idus Aprilis, anno incarnat. dominice M XL VIII. Indict. I. anno au-  
tem Domini Heinrici tertij Regis Imperatoris secundi, ordinationis eius XIX.  
Regnantis quidem IX. Imperantis autem II. In nomine Domini. Actum Ra-  
tisponæ feliciter, Amen.

## XXVII.

*Eiusd. sa-  
per helo-  
nes.*

**I**N nomine sanctæ & indiuividuæ Trinitatis. Heinrius diuina faveente clementia Imperator Augustus. Si quid nos Ecclesiæ Dei, vel in eisdem seruientes de nostris ditare studuerimus, proculdubio immarcessibile præmium in futuro capessere credimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris, præsentibus scilicet atq; futuris notum esse volamus, qualiter nos æternæ vitæ desiderio inflammati, tā pro remedio animæ nostræ, quam parentum nostrorum, nec non & interuentu dilecta coniectalis nostræ Agnetis, & pro Altahensis Abbatis Dietmari gratissimo obsequio, eidem Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur, in usum Monachorum in ibi Deo famulantium, in Comitatu Thiemonis præsidis propè Monasterium, in villa Helingersberk dicta, Mercatum habendi, thelonium tam viantium quam nauigantium ex gendi ius perpetuum per hoc Imperiale præceptum Imperiale contulimus atque concessimus. Quod si qua persona eidem loco abstulerit, in futuro iudicio examinanda erit. Et ut hæc nostræ traditionis auctoritas

stabi-



stabilis & in conulsa permaneat, manu propria eam roborantes sigillari nostra imagine iussimus.

Signum Domini Henrici tertij Regis inuictissimi, secundi Romanorum Imperatoris Augusti.

Vvintherius Cancellarius vice Bardonis Archicancellarij recognoui. Data XI. Kal. Martij. Anno Dominicæ incarnationis M XL V III I. Indict. II. Anno autem Domini Henrici tertij Regis, Imperatoris secundi, ordinationis eius XX. regni quidem X. Imperij autem III. In nomine Domini. Actum Bæbenberck feliciter, Amen.

## XXVIII.

**E**ugenius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis, *Conrado* Abbati monasterij S. Mauriti Altahensis, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, monasticam vitam professis, in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi & honestati conuenire dinoſcitur, animo nos decet liberti cedere, & potentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut qualescumque possessiones, quæcumque bona in praesentiарum iuste & canonice possidetis, aut in futurum concessionē Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblacione fidelium, seu alii iustis modis Deo proprio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant. In quibus hæc propriis duxiimus exprimenda vocabulis. Ecclesiæ videlicet de Zain, de Abbatidorff, de Grie, de Chnezen, de Casen, de Mynchendorff, de Jérbonen, de Puchouen, de VVialtorff, de Erlbach, de Sinchingen, de Munterte, de Ingoltestat, de Oetlingen, de VVilbach, de Peringen, de Vsterlingen, de Peirbach, de Metmenhufen, de Ibach, de Suarza, de Psolingen, de Palkingen, de Suarza, de Rorbach, de Vrbach, de Loting, de Tundorf, de Aicha, de Wincklingen, de Regen, de monte S. Godehardi, de Nezelbach, de Healdosinigen, de Cella, Montem S. Mariæ de Scholtunge, Runichenae, Tagmanpach, Winchingen, Hohenoe, Aespach, cum vinis & portu. Vines de Spizze, Schongeringen, Oteneshaim, Gerlochesperch, Willensingen, Mannendorf, Hofdorf, Rauensstetten, Ranttingen, Caesebalchesreiden, Kadingen, Adelboldingen, Aisingen, Iallingen, Teuelspach, quidquid iuris habetis in Halla. Præterea quæcumq; bona tam in decimis quam familiis iuste & canonice possidetis, vobis nihilominus confirmamus. Decernimus ergo in nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vobis omnimodis præfutura. Salua sedis Apostolicae auctoritate, & Dioceſanorū Episcoporum canonica reuerentia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sacerdotali persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentauerit, secundo tertio commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, remq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sic pax Domini

nostris Iesu Christi, quatenus & hic fructum bona actionis percipient, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Am. Am.



Ego Eugenius Catholica Ecclesie  
Episcopus II.

## XXX.



- ✚ Ego Oddo Diac. Cardinalis S. Georgij ad velum aureum II.
- ✚ Ego Octavianus Diac: Card. S. Nicolai in carcere Tulliano II.
- ✚ Ego Gregorius Diac: Card: S. Angelii II.
- ✚ Ego Iacintus Diac: Card: S. Mariæ in Cosmedin II.

Datum Remis per manus Guidonis S. Romanæ Ecclesie Card: & Caneillarij III. Kal. Aprilis Indict. XI. Incarnat. Dominicæ Anno M. CXLVIII. Pontifica-  
tus vero Dñi Eugenij PP. III. Anno IIII.

## XXIX.

**I**n nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. **Fridericus** diuina fauente clementia Rex Romanorum. Quia placuit altissimo, ut nos vñctione misericordiæ suæ inungeret, & regni fastigio sublimaret, nos quoque Ecclesiæ Dei & personas Ecclæsticas, more prædecessorum nostrorum Regum & jmpatorū, regali munificentia honorare, & exaltare decreuimus. Quapropter piæ petitioni & desi-  
derio dilecti & fidelis nostri **Eberhardi** secundi **Bamberg**. Episcopi acquiescentes,  
Abbatiam nostram **Altaha** dictam, tam in temporalibus quam in spiritualibus,  
peccatis exigētibus omni iam pene solatio destitutā ad subleuādū religionis ca-  
sum prædicto fideli nostro eiusq; successoribus & sanctæ Bambergensis Eccle-  
siæ potestatiue contradimus, ob nostrā videlicet & Domini ac patrui & præde-  
cessoris nostri **Chunradi** Regis secundi, in prædicta Ecclesia corporaliter quies-  
centis iugem & perpetuā recordationem. Statuimus igitur ut prætaxatus Babē  
bergensis Episcopus **Eberhardus**, vel quicunque eidem canonice successerit, præ-  
dicti Monasterij Abbatem inuestiat. Aduocatiam quoque ministerialibus &  
omnibus vtriusque sexus mancipiis, aliisque rebus quibuslibet ad prædictam  
Abbatiam pertinentibus, in ius & proprietatem s̄ape iam dictæ Babenbergensis  
Ecclesiæ transfundimus. Adiuentes specialiter ut Abbat & Monachis suis sti-  
pendia sua intacta & imminuta permaneant. Ea vero quæ fisco exinde annuatim  
soluebantur, in vsum Episcopi de cætero transeant, quatenus Episcopus vice  
Abbatis plenius & deuotius Curiæ Regali deseruire, & necessitatibus prædicti  
Mona-

Monasterij commodius & vberius prouidere valeat. Ut autem hæc traditio rata & inconualsa omni æuo permaneat, præsentem paginam conscribi, & sigilli nostri impressione signari fecimus. Testes sunt Arnoldus Colonien. Archiepiscopus. Hermannus Constantiensis Episcopus. Ortliebus Bafiliensis Episcopus. Cuniebaldus Corbeiensis Abbas. Adelbertus Marchio Saxonie. Marchvardus de Grumbach. Actum Aquisgrani, Anno incarnat. Domini cæ M. C. L. H. Indict. X V. IIII. Id. Martij. Regnante Domino Friderico Rege Romanorum Anno I. Data per manum Arnoldi Cancellarij, vice Heinrici Moguntinen. Archiepiscopi.

## XXX.

**I**n nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Dei gratia *Eckeberhtus Babenberg. Episcopus vniuersis Christi fidelibus in perpetuum.* Locis religiosis quibus ipso iure patrocinari tenemur, eo maiora subsidia porrigitur intendimus, quo indebitis pressuris & calamitatibus urguntur. Vnde ad notitiam vniuersorum pertingere volumus, quod cum *Altach Ecclesia, qua ad nos spectare videtur, bellis, incendiis, depopulationibus, & Comitum de Pogen indefessis de prædationibus desolata iaceret.* *Poppo* eiusdem loci fidelis noster & dilectus Abbas, veniens ad nos in ciuitatem *Patauen.* nobis significare curauit. Quod *Albertus Comes aduocatus suus* sub quodam contractu peteret ab eo centum talenta, ea pactione ut prædictam Ecclesiam à proximo festo S. Michaelis per annum ab omni rapina & indebitis exactiōibus illæsam; insuper proprio iure suo prætermisso, cum quieta & omnimoda pacis securitate relinqueret. Quod cum nobis parum momenti habere videretur, scientes eum huiusmodi contractus & conditiones antea plures violasse, vehementius precando insitit, dum saltem precibus ejus pro votis annuimus. Porro prædictus Comes cum Abbatे ad nos perueniens celebrandi contractus stabilitatem in manus nostras ponendo, pleno iure aduocatiā confirmare voluit. Quod contradicendo facere omnino non consensimus, præsertim dum ipse eandem aduocatiā à nobis & à proximo decessore nostro iure fendi nunquam receperit. Veruntamen instanti rogatu ipsius ad ultimum in hoc pro commode Abbatis consensimus, quatenus quidquid præfatus D. Comes in aduocatiā iuris habere videretur in manus ponendo premoratum confirmaret contractū. Ea verò conditionis interposita lege hoc factum constat, ut nec ipse nec quisquam iudicium suorum, aut exactorum infra præsinitum terminum, scil. a festo S. Michaelis per annum, vel in proprio, vel legitimo suo iure, vel iudiciis, siue per noctationibus, seu quibuslibet exactiōibus quidquam potestatis habeat, sed omnia interim in usum cedant Ecclesiæ. Quod si huius confirmationis temerator extiterit, atque omni reclamationis remedio aduocatio libere in nostram potestatem redire debet, ita ut in arbitrio nostro positum sit, concedere eam cui potissimum voluerimus. Ad maiorem huius facti cvidentiam præsentem paginam sigillo nostro testes subscribendo insigniri iussimus. Gundeloch. Sifrid. item Sifrid. Magister Luipoldus. Heinricus Kalhoch de Winzer. Walkun. Alram. Item Alram Canonici Patauen. Kalhous. Cunradus maior Plebanus. Heinricus de Petembach. Cunrad de Pielenbach, milites. Contrat de Gundilehouen, Gerhoch de Vramlinesperge. Meinhalm, Bernhart. Oulricus Prusti. Herbort, & alij multi.

*Eckeberhtus  
Episcops  
Babenberg  
gem.*

**Q**via rerum gesta quanquam magnifice fuerint acta temporaneo decursu ab omnium memoria, penitus arcentur, ubi literarum perpetuitati non mandantur. Idcirco ad presentes futurasq; fidelium Christi nationes huius paginae continentiam transmittamus: Notum facientes, quod ego *Pope Abbas de inferiori Altaha*, dum Ecclesia nostra per aduocatos nostros Comites videlicet de *Bogen* multis vndiq; circumfusa fleret periculis, verum quoq; grauibus inde sinenter doleret ruinis, Regem *Philippum* accedens, qui tunc Romana sceptra moderando gubernabat, causam illi deiectionis nostrae & doloris flebilis exposui. Cuius itaq; Curiam multis impensis insequendo, laboris & periculorum nostrorum misertus, tribulationes nostras & grauamina scuro protectionis sua, & auctoritatis sententia releuare ordinauit, & auctoritates periculorum nostrorum procellas judiciali rigore ex parte temperauit. Quo tandem de medio sublato, spei nostrae anchora in profundo deperit, quia acriores in nos tyrannos & sequiores praedictos Comites mors regis suscitauit. Veruntamē Deo Ecclesia sue Imperatorē Ottonē prouidente, ipsum longo itinere & impensis fatigatus, & in Lōgobardiā profectus, in Alexandria inuenit, cui omnem tenorē causae nostrae praesente Duce Bauariae, multisq; terrae nostrae Baronibus lachrimose recitauit. Equidem querelas nostras Imperialis Maiestas pio affectu suscipiens, totā causam iustitiae rigore terminandam Duci Bauariae delegauit, & ut Ecclesiam nostram ab omni danno illasam & sine omni utilitatis exactione, usq; ad aduentum suum tuendo conseruaret, districte per sententiam imperauit. Qua commissione suscepta, dum praefatus Dux in Ciuitate Ratispon. celebrem postea ageret comitiā, causa nostra coram Principibus & optimatibus terra nostrae apsis aduocatis astantibus solemniter innotuit, & diu ventilatum quid per sententiam de nobis commissum haberet, diuulgavit sigillum & cum literis imperatae sententiae eisdem defensoribus nostris Imperiali auctoritate in protulito tradidit. Nulla tamen compositione ibidem admisit, dum diuersos in modis negocium nostrum verteretur: Ipse Dux, usque in consequens placitum quid acturus erat in *Plaedingen* agendae compositionis rationem distulit. Interea legatus noster de Imperatore reuersus secundum preceptum prioris sententiae ferens, quatenus causam nostram debito fine terminaret Duci precipiendo mandauit. Tandem in audience Principum hanc compositionis conditionem obtenuit maiorum admisimus, ut nihil à proximo festo Michaëlis, usq; ad triennium per omnem aduocariam iuris exercearent, praeter statutum ius, quod eis ex antiqua attinere & seruire noscitur, illud & per nostros eis porrectum, de nullo causari tenentur: nee in quoquam fideles nostros tam clericos quam laicos, aut in pernoctationibus, vel in Stiulis, seu regalibus, siue in qualibet re, licet minima molestare debent. Praeterea si quequam inter nostros emiserit, fortis vel homicidiis, aut quolibet casu, quod correctione dignum aliquid apportare videretur, illud per officiales nostros determinatur, ipsis cum summa pace & communitate porrigidum est. Porro si quisquam præconum suorum pullum, vel caescum, seu quamlibet rem, quantumlibet exiguum, duplicem restituere cogendus est. Quod si iterato repeatat, dignam pro tali facto pénam soluat. Insuper hanc conditionem in bonis nostris consequi tenentur, quam habent reliqui Comites, sub quorum ditione bona nostra iacent, sine villa aduocatiae ratione, vel exactiois occasione. Igitur ob huius facti ratam & inte-

intemerata confirmationem Comes Bertholdus patrimonia sua in Concelle cum villis & decimis, & omnibus suis attinentiis in manus Palatini Rapotonis delegavit. Similiter Comes Albertus patrimonia sua, scilicet Vrku, & duas villas in Riede cum villis & decimis, & vniuersis attinentiis suis, & proprietate in manus praedicti Palatini consignauit, ea conditionis lege, quod si iam dictæ compositionis ratio qualibet temeritate soluatur, præmemorata amborum prædia per manum supradicti delegatoris Ecclesiae nostræ sine omni contradictione ipso delegatore defendente contraderentur, & in ius proprietatis cedant. Ecce si iusticiam de bonis nostris & prædiis, quæ ministeriales eorum violenter possident, ordine iudicio per eos non consequemur, querelæ nostræ nudæ & aperte, sicut à primo persistant, & damna nostra, quæ quinque millia librarum numerum excedunt, præter porcos, boues, & pullos, & caseos, quæ ad infinitum tendunt, nobis cum integritate restituant. Huius igitur tam solemnis contractus testes sunt, Episcopus Patauensis, Episcopus Frisingensis, Palatinus Comes, Eberhardus de Dornberg, Comes Conradus de Mosburo, Kathoch de Kirchpero, Comes Meinhardus de Rottenekke, Cunrad de Horbach, Alram de Vtendorf, Alram de Halse, Wernhart de Hagenovve, Heinrich de Staine, Albertus Lintzeman, Comes Perenger de Leunberc, Grimolt de Staine, Sifrit Kopf, Eberhart Camerarius, Pertolt de Schiltperc, Popo de Gotulingen, Cunrad de Prunoue, Harvvard de Autingen, Rutland de Puhse, Otto de Haichsenbach, Mangolt de Aheim, Henricus de Strivissen, Altman de Helug, Gozpold de Schonstain, Bertold de Stambe, Gozpolt de Nuzpero, Heinrich de Ratgozzingen, Heinricus Pfolinger, Palmar, Rosset, Etalij quam plures.

## XXXII.

**L**udoicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariae, omnibus in perpetuum. Quoniam labilis est memoria hominum, idco ne ea, quæ rite aguntur, postmodum recollectur, consueverunt scripti munimine roborari. Quapropter confitemur & notum esse cupimus vniuersis, tam presentibus quam futuris, quod venerabilis Dominus noster Ekbertus Babenbergensis Episcopus, Nos & Ottone filium nostrum Palatinum Comitem Rheni, nostrosq; hæredes omnes, qui iure feudali succedere debent, nobis feudo, quod Albertus Comes antiquus de Pogen pater istius Comitis, qui nunc superstes est, ab Ecclesia Babenberg tenuit, & frater suus contra iusticiam, & præter voluntatem praedicti Episcopi violenter tenuerunt, rationabiliter infeudauit: Illo videlicet, quod à Pataua ex vtraque parte Danubij versus Ratiffonam & vltra protenditur: hoc interposito pacto, quod nos de eodem feudo nihil infeudare, nec obligare, nec vendere, nec aliquo modo alienare debemus ab Ecclesia, vel possimus, nisi de speciali consensu prefati Episcopi vel successorū suorum, & canonicis substitutorum. Adiectum fuit præterea, quod nos & noster filius, nos strique hæredes contenti debeamus esse antiquo iure aduocatæ, quod per privilegia, vel per seniores illius terræ poterit declarari. Præterea firmiter promisimus, quod Ecclesiæ Pambergensem in possessionibus iustitiis vel hominibus manuteneamus & defendamus. Item omnia jura Ecclesiae Babenberg, promisimus pro nobis & pro nostris hæredibus nos inviolabiliter obseruatueros. Excepit prænominatus Episcopus villam Nezelbaoh & alias villas intermedias usque Winzer cum suis attinentiis liberas ab omni iure Aduocatæ ipsi & ipsius Ecclesiae retinendas; Ita tamen quod numerus mansorum duodenarii non

excedat. Et vthæc à nobis & nostro filio nostrisque hæredibus firma permane-  
ant, & inconuulsa, præsentem paginam serenissimi Domini nostri Henrici Ro-  
manorum Regis, Adalberti Magdenburgensis Archiepiscopi, Eckeberti Baben-  
bergen. Episcopi, Henrici VVormacensis Episcopi, Heinrici Eystatenensis Episco-  
pi, Leopoldi Ducis Austriae, & nostro, nostrique filij Ottonis Palatini Comitis  
Rheni fecimus muniri. Testes autem huius sunt Cunradus præfetus de Nürn-  
berch, Hermannus Marchio de Baden, Rudolph Comes Palatinus de Tuyv-  
ingen. Vlricus & Eberhardus Comites de Helfenstein. Hartmannus Comes de  
Dilingen. Rupertus Comes de Castel. Fridericus de Truheding. Dapifer de  
VValburch. Conradus Pinerna de Wintherstetin. Conradus de Winsperch. &  
alij quamplures. Acta sunt hæc apud Eßeling, Anno Domini M CCXXVIII.

## XXXIII.

**O**tto Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ. Notum esse cupi-  
mus vniuersis. Quod nos ad petitionem Domini *Hermannii*, venerabilis  
Abbatis de inferiori *Altach* talem de familia nostra & suæ Ecclesiæ admisimus  
condicionem, ut quandocunque aliquis de familia Ecclesiæ Altahensis uxorem  
duxerit de familia nostra, si liberos habuerint. primogenitus ipsorum Ecclesiæ  
attineat supradictæ. Reliqui vero æqualiter diuidantur. Testes Rapo Comes Palatinus.  
Comes Chunradus de VVazzerburch. Alaramus liber de Halz, Henricus Protonotarius. Alhardus de Preisinge, Sifridus de Frauuenberch,  
Sifridus de Frauuenhouen, & alij quam plures. Actum *Altahæ* Anno Domini M CC. Quadragesimo tertio. Quarto Kal. Augusti.

## XXXIV.

**N**os Fridericus Dei gratia Dux Austriae & Styriae, & Dominus Carniol. Notu-  
fieri volumus tam præsentibus quam futuris, quod *Hermannus* venerabilis  
Abbas Ecclesiæ Altahen, coram nobis per priuilegia probauit sufficenter, quod  
eadem Ecclesia in prædio suo, videlicet villam in *Abstorff* inferiori nullum pati  
debeat aduocatum, nisi quem ipse & successores sui Abbes & fratres dicti Co-  
gnobij libet sibi & spontaneè duxerint eligendum: infringente jura ipsorum  
in aliis vulter commutando. Nosigitur progenitorum nostrorum, in singu-  
lis quæ ad salutaria diriguntur inhærere vestigiis cupientes, probationem &  
concessionem memoratam, huius scripti testimonio fauorabiliter duximus re-  
nouandam, præcipientes firmiter & districte, ut is, quem loco nostri ipsis pro  
tempore dederimus defensorem, nullas exactiones indebitas faciat in prædium  
memoratum, sed iure suo, videlicet decem solidorum solutione monetae usua-  
lis eantummodo sit contentus, & tribus placitis in anno, in quibus solummodo  
discutiat quæ pacem violent, saluis per omnia rebus Ecclesiæ memoratae, nec  
non jure prædicto, videlicet, ut pro arbitrio sibi alium eligant defensorem, cum  
transgressio vel inutilitas illius postulauerit, qui pro tempore datus erit, in pri-  
uilegiis dictæ Ecclesiæ videlicous contineri. Ut autem hæc facta per nos renouatio  
robur obtineat perpetue firmitatis, præsens Instrumentum confectum in eu-  
dens testimonium prædictorum iussimus sigillorum nostrorum munimine ro-  
borari. Actum in Castro Medice, Anno Domini M CCXLIIII Prid. Non. Febr.  
zibiam anni millesimi xviii eislib. LXXXVIII mense anno sigillo etiam invenimus  
alij & alij annos. A quo anno date est illi instrumenti est natus et non vobis  
notum ibimus sub mirabiliter ratione bona pnam. millesimi xviii ab eo annis  
XXXV. Nos

## XXXV.

**N**os Heinricus Dei gratia Babenberensis Episcopus, per præsens scriptum notum fieri cupimus vniuersis, quod nos Priuilegium bonæ memorie Ludouici Palatini Comitis Rheni, Duci Bauariæ, quod repositum habemus in sacrario nostro in Babenberg peruidimus sigillatum sigillis quondam Henrici Romanorum Regis inclitæ recordationis, & aliorum Principum, quorum nomina in eodem Priuilegio continentur, non abolitum, non cancellatum, non in aliqua sui parte vitiatum. Cuius tenor per omnia ralis est.

Ludouicus Dei gratia, &c. Vide supr. num. XXXVII.

Quia igitur Altahensis Ecclesia Bambergensi Ecclesia taliter est annexa, ut quod contingit viam, alteram tangere videatur, & specialiter in hoc facto, quod Aduocatia Ecclesiæ Altahensis esse de feudo prædicto, ne forte possit ei præiudicium generare, si Duces Bauariæ præsentes vel futuri in aliquo venirent contra Priuilegium prænotatum. Nos ad petitionem venerabilis in Christo, & nobis dilecti Hermanni eiusdem Ecclesiæ Abbatis ipsum Priuilegium, quod etiam Illustres Domini Ludouicus & Henricus nunc Duces Bauariæ approbantes & renouantes sigillis suis confirmaverunt, rescribi fecimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum in Altach, Anno Domini MCCLIV, mense Novembri.

## XXXVI.

**H**einricus Dei gratia Dux Bauariæ. Omnibus iudicibus suis gratiâ suam. Charsim genitoris nostri O. quondam Duci sequi benevolentiam cupientes, Monasterio de inferiori Altach liberaliter indulgemus, ut si quis de familia ipsius Ecclesiæ, militaris vel rusticana persona, mulierem de nostra familia duxerit, & liberos ex ea genuerit, primogenitus ipsorum attineat Ecclesiæ membra, reliqui vero pueri æqualiter diuidantur. Mandamus itaque vobis, ut cum venerabilis Abbas dicti Monasterij à vobis duxerit requirendam partionem secundum præscripta de prædictis hominibus facientes, illos qui suæ parti obuenient cogatis, vobis & Ecclesiæ suæ fidelitatis exhibeant Sacramentum, alios autem homines eiusdem Ecclesiæ sibi debitum fidelitatis sacramentum facere compellatis. Dat. in Naternberch. Anno Domini MCCLVI. IV. Kal. Januarij.

## XXXVII.

**N**os Otto Dei gratia Palatinus Comes Rheni, Dux Bauariæ, præsentibus profitemur. Quod multorum meritorum deuotionem, quam nobis & quondam charissimo patri nostro diuæ recordationis Altahense Monasterium utiliter & reuerenter impendit, specialibus gratiæ fauoribus reponere & recognoscere cupientes, hanc pro salute & remedio progenitorum nostrorum, & specialiter præscripti Patris nostri charissimi, sibi secimus gratiam specialem, quo commodius continuata subuentio nostraræ onera valeat supportare, quod quilibet Abbas eiusdem Monasterij qui pro tempore fuerit, tria talenta maioris ligaminis, & duodecim minoris salium, semel in anno deducere valeat permutas nostraras in Burchusa & Schärding absque exactione cuiuslibet thelonij siue mutæ, ita quod occasione præmissorum nihil exigatur penitus ab eisdem, vel procuratoribus eorundem, vel quibuscumque aliis, quibus prædictæ libertatis negotium duxerit committendum. Et hæc præmisæ liber-

libertatis concessio perpetuis temporibus duratura, processit de charissimo-  
rum fratrum nostrorum Ludouici & Stephani expresso beneplacito atque voto.  
In quorum omnium euidens testimonium atque robur, praesens Instrumentum  
eis dedimus, nostri maioris sigilli robore communatum. Datum & actum  
apud Straubingam Anno Domini M.C.C. Nonagesimo secundo, proxima quarta  
feria ante Sebastiani Martyris.

## XXXVIII.

**N**os Otto Dei gratia Palatinus Comes Rheni Dux Bauariae, tenore praesentium profitemur, quod multorum meritorum deuotionem, quam nobis & quandam dulcissimo Patri nostro inclytæ recordationis Altahense Monasterium utiliter libenter impendit, specialibus gratiæ nostræ fauoribus reposcere & recognoscere cupientes, hanc pro salute & remedio progenitorum nostrorum, & specialiter prescripti genitoris nostri charissimi, sibi fecimus gratiam specialem, quo commodius continuare subventionis nostra onera valeat subportare, quod quilibet Abbas eiusdem Monasterij, qui pro tempore fuerit, tria talenta maioris ligaminis, & duodecim minoris Saliū semel in anno quo cunque tempore voluerit, deducere valeat, per mutas nostras in Burchusa & Schärding, absque exactione cuiuslibet Thelonei siue mutæ, ita quod occasione praemissorum nihil exigatur ab eisdem, vel procuratoribus corundem praemissis, & adiunctionis, quod si praedictus Abbas praedictæ libertatis negotium pro tempore cuiuslibet anni, alicui, vel aliquibus committendum duxerit, seu vendendum, is vel ijdem eadem per omnia gaudere debeant libertate. Et haec praemissa libertatis concessio perpetuis temporibus duratura, processit de charissimi Fratris nostri Stephani expresso beneplacito atque voto. In quorum omnium euidens testimonium atque robur praesens Instrumentum sibi dedimus, nostri maioris sigilli robore communatum. Datum & Actum apud Straubingam, Anno Domini MCCCXCVIII. in [vigilia] Nativitatis Virginis gloriose.

Monasterium à Altahense inferioris à prima origine sua, usque ad nostra tem-  
D. pora semper fuisse Bauaria Regibus & Principibus immediate subditum, Ein  
Bayrischer Landstand des Prälatenstandes nec unquam ad Imperium pertinuisse, tam euidens est, & certum, quam unquam quidquam dici dariue potest certissimum. Et hoc ipsum innumeris tum diplomatis, tum actibus posseſſo-  
rii comprobari potest, adeoq; comprobauit, nuper defunctus Abbas Bernhardus in iudicio contradictorio, ac obtinuit. Erroneum igitur est, quod in Metropoli pag. 177. refertur; & delenda sunt hæc verba: MAXIMILIANVS Imperator tutelam Monasterij & ius Adiutorie Alberto Duci Bauarie, & omnibus heredibus masculis in perpetuum tradidit, Anno 1506. Ita ut Canobium omne id preſt et eidem Duci, quod preſtare debuit Imperatori & eius successoribus. Res, vt supra dixi, longè secus habet, & fait Monasterium à prima fundatione Bauarie Principibus subie-  
ctum; nec non Abbates fuerunt recensiti inter Prälatos, qui primum constitu-  
unt statum Prouincie; Deß Prälatenstantis, ut vulgo vocari solent.

Status vero nomine, non Republicæ, alicuius, vel Regni, aut Prouinciae caput, aut supremam potestatem, heic intelligimus: sed Prouinciae re-  
gnum corpus in membra sua, siue ordines probè dispergitum, desig-  
namus.

gnamus. Sunt autem siue Regni siue Ducatus Boioariæ status, more iam inde à Tassilone, Carolo M ante etiam & post, recepto, & ad nostra usque hæc tempora deriuato tres distincti. Primus Clericorum: der Geistlichen/der Pfaffheit (Sich habent vetusta diplomata) oder Prälaten Stand. Alter Nobilium: der herren/ Ritterschafft/ vnd vom Adl. Tertius, Plebeius: Der Stett vnd Märkt. Et hoc quidem prudenti consilio, maturo iudicio, utilitate quoque haud contemnenda sic constitutum fuisse, multis rationibus probari potest, nec quisquam sanè mentis in dubium reuocabit. Vetustissimis documentis conuincitur, Abbatem Altahensem inter Prälatos Boios primum semper obtinuisse. Sed de his plura in Aduersariis nostris Bauaricis lector reperiet.

VICTOR dictus Laufer de Lantshuta, antea XX, annis parochus & curam animarum gerens in Spitz, rexit nouem mensis. E.  
LIX.

CASPARVS Abbas dictus Leitgeb, rexit annos XI. LX.

MATTHIAS dictus Terischerz de Thuendorf, rexit an. V. LXI.

PAVLVS Abbas dictus Gmainer rexit an. XXXIV: mens. VIII. dies XX-  
VIII obiit an. 1585. LXII.

AVGVSTINV S Strobelius artium liberalium Magister, ac SS. Theologiae Doctor, prid. Cal. Augustian. 1585. in Abbatem huius loci electus, postmodum Calend. Aug. eiusdem anni insula est insignatus. Obiit autem diem suum 10. Calend. Martij, 1592. hora secunda matutina postquam monasterio an. 6. totidem mensis, & d. 20. laudabiliter praefuit.

QVIRINV S, alias Balthasar Grasenauer de Plädling, eum sedecim annis Praepositus, remunus in Rinchnah, summa laude ac fide obiret, & præter alia multa laudabiliter acta Monasterium illud are alieno eximeret prorsus, atq; adiutori ornaret non sphenendis; ann. 1592. XII Calend. Maij canonice in Abbatem huius loci est electus & confirmatus. Quo itidem anno, V. Calend. Ianuarij post nouem mensum regiminis sui circulum pie feliciter, non mitratus, in Christo vitam finiuit.

BERNHARD V S tertius huius nominis Abbas Hengersperganus atque de non obscura Hilziorum familia oriundus, cum hic nouendecim prope annis rei sumptariae prefectum dignè ac cum laude ageret, & postmodum ad Eberspergense Monasterium euocatus, ritè ac prudentissime ibidem tam spiritualium quam temporalium administrationem aliquandiu gereret, tandem diuina sauente clementia, & mediante Patrum Fratrumque Cœnobij huius unanimi consensu, VIII. Calend. Martij anni supra sesqui millesimum Nonagesimi tertii summo omnium applausu Antifititis nomen & murus & meruit, & canonicè adeptus: ac præterea XVII. Calend. Iunij, anni prefati per solemnum benedictionem mitra insignitus est.

JOHANNES HENRICVS Lutzius. Magnifici Nobilis & Clarissimi viri Wolfgangi Lutzij 3. in summo Sacr. Rom. Imperij Tribunalij Spiren. olim assessoris; Serenissimorum Bauaria Ducum Alberti V. Guilielmi V. & Maximiliani consiliarii; & Cancellarii Tetrarchie Strubinganae &c. dignissimi filius, Bernhardi Abbatis successor, omnibus Officiis Monasterij hacceus ab aliquot annis optimè functus, viuat sauente numine quam diutissime, & feliciter gubernet.